C 352

In nomine Dni Amen
In nomine Jesu de genu flectatur Celestium et inferorum

NOTA

Tab 75. N. 16

INAPHTHONII

SOPHISTA

PROGYMNA

SMATA

Veni Dilecta mea et coronabe ris

Adam Kerenski Congr: Orat: Studiant

ANNO

DOMINI

Tab: 40 num. 27

1 6 4 2 M.

Ex libris Alexan Constantini Siecinski 1649

Aue Sancta Maria

PRÆFATIO

Cum Progymnasmata Aphthonii quædam cum sint faciliora ad perfecte cognoscenda Rhetorices præcepta, iure merito eloquentiæ studiosi ea primum tractare debent; a facilioribus enim et rudioribus erudiendum est, quo facilius maiora et grandiora conquirantur. Quorum Progymnasmatum explicationem ne sine vestibulo aggrediamur non nulla præmittenda venio.

QVIS AVTOR EST HVIVS LIBRI

Autorem huius libri ipsa inscriptio nobis ostendit Aphthonium videlicet, qui scripsit non ad ostentationem sed ad vtilitatem iuuenum præcepta elegantissima, quibus instructi possint facile in quouis genere dicendi, si modo studium et diligentiam adhibeant, proficere et excellere.

QVOD SVNT GENERA SOPHISTARVM

Primum eorum qui exacta rerum altissimarum cognitione doctrinaq singulari ceteris mortalibus antecelluerunt; eos Græci Σοφος Latini Sapientes nuncupabant.

Secundum Poetarum qui occultissima quæuis naturæ secreta sub inuolucris fabularum comprehendebant et vitæ ac morum præcepta dulcedine Carminum condita populo tradebant et testis est Laertius

Quinq

Tertium illorum qui aut vanae gloriae aut quaestus cupiditate profitebantur et praedicebant se sapientes esse: talis fuit Protagoras Gorgias, Prodicus, Ippias, Anaxagoras, Melissus, et alii.

Quartum Dialecticorum qui falsis et apparentibus argumentationibus Scientiae nomen captabant, vocantur q alio nomine Cavillatores, quorum Thechnas et impostulas Aristoteles in Elenchis Sophisticis detexit.

Quintum fuit Rhetorum, qui artis dicendi praecepta conscribebant et in oratoria facultate excellebant, qualis erat Hermogenes, Quintilianus, Cornificius, Isocrates et noster Aphthonius, aliiq complures Progymnasmatum scriptores.

QVID EST PROGYMASMA

Προγυμνασμα εστιν εισαγωγοι τρισι διαλογον και τον κατα ρητορικη μερον τινα προασκουμενη. id est.

Progymnasma est introductoria exercitatio ad Orationem et partes Rhetoricae aliquem praeparans. Vel clarius Progymnasma est praeexercitamentum sea exercitatio quaedam indicendo antequam ad varas actiones descendatur, quae in amenissimos fructuosissimosq Eloquentiae campos descendi et inibi suavissimos flosculos eiusdem decerpendi subministrat.

VNDE DICITVR PROGYMASA

Απρο et γυμνασειν id est praeexercere quod videlicet Progymnasma sint exercitamenta et praeparationes quaedam ad maiora et graviora. Vnde hoc vocabulum Progymnasma Athletarum Iudicia possunt recte et solent appellari.

QVOD SVT NrIEPrPrGY MNASMATA

Quatuordecem

Μυθος	Fabula
Διηγημα	Narratio
Χρεια	Chria
Γνωμη	Sententia
Ανασκαινη	Confutatio
Κατασκαινη	Confirmatio
Κοινος Τοπος	Locus Communis
Ενκωμιον	Laudatio
Ψογος	Vituperatio
Ειγκρισις	Comparatio
Ηδοπιια	Imitatio
Εκφρασις	Descriptio
Θεσις	Thesis et
καιΝομου εισφορα	Legislatio

AD QUOT GENERA DICEDI PREVOCANTUR RHETORICA PROGYMNASMATA

Ad tria Demonstrativum Deliberativum et Judiciale

Ad Deliberativum, refertur Fabula Narratio Chria Sententia

Ad Judiciale, Confutatio, Confirmatio Locus Communis Legislatio et Thesis

Ad Demonstrativum Laudatio Vituperatio, Descriptio Imitatio Comparatio.

QUÆ UTILITAS PROGYMNASMATUM

Quas utilitates auditor hinc exspectare debeat ex his manifestum est:

Prima quia nobis viam ostendunt ad praxim tenendam Rhetorices, docent enim quomodo Partes orationis formandæ sunt. Verbi gratia Narratio quomodo sit facienda, quomodo Confirmatio et Confutatio.

Dices cetera vero Progymnasmata quorsum.

Respondeo Pertinent omnia reliqua ad illas eiusdem Partes orationis. Ut Sententia et Chria ad Confirmationem et Refutationem Item Imitatio, Descriptio, Thesis Legislatio, Laudatio, Vituperatio, Comparatio. Ad Narrationem pertinet Fabula, ad Conclusionem Orationis refertur Locus communis quia constat amplificatione et motu.

Secunda quia iudicium et ingenium acuunt et compluribus Locis Argumenta, et ex diversis diversa in tam variis Progymnasmatum Speciebus producenda.

Tertia Exempla et eruditiones antiquæ observabuntur, cum in explicatione Præceptorum, tum in exemplis Progymnasmatum quæ a nobis proponentur.

De Fa

DE FABVLA

QVARE PRIMO TRACTATVR FABVLA.

Duas ob Causas.

Prima quia est Antiquissima: Vnde Quintilianus et alii Fabulas originem sumpsisse docent a Poetis Antiquis.

Secunda quia est facillima iucundaq siquidem tam rudibus quam eruditis communis est, quamuis eam aliter Docti aliter vulgus tradat.

ESTNE VTILIS ORATORI COGNITIO FABVLARVM

Maxime: Ratio! quod facit ad finem sine difficultate consequendum illius cognitio est vtilis, sed Fabulae faciunt ad finem sine difficultate consequendum ergo illarum cognitio est vtilis: Maior manifesta quia cum Orator nihil habeat optabilius fine sollicite ea comparat per quae eundem consequatur. Minor probatur finem consequitur Orator, dum delectat, mouet, docet: sed Fabulae inse hac continent, ergo fabulae ad finem sine difficultate consequendum oratori sunt vtiles. Minor declaratur Fabulae delectant vehementer quia morum faceta quadam imitationem capiunt impeditorum animos, Permouent efficaciter, quia veritatem ipsis oculis quodammodo subiicere videntur, Docent vtilissime, nam ostendunt quae sequi et amplecti quae vitare et abhorrere debeamus. Obiicies virum grauem res commentitia non decet, Orator est vir grauis Fabula vero res commentitia, ergo Oratorem Fabula non decet. Maior ostenditur quia dignitatis, existimationis, et autoritatis diminutionem facere. Minoris prima pars patet, quia nemo tam excellenti nomine ornandus est, nisi qui vitae probitate morum rectissimorum honestate nec non rerum magnitudine ceteris longe antecellat.

Secunda pars Minoris probatur ex deductione vocabuli huius Fabulae quod nihil aliud sonat nisi rem commentitiam

Respondetur Fabulam dupliciter posse spectari neq quo ad vocem simpliciter vel quatenus inventa ad utilitatem et delectationem, si accipiemus Fabulam secundum primam nihil aliud sonaret quam rem commentitiam et hoc modo non utitur illa Orator. Si vero iuxta secundum et sic negandum ut ea non debeat uti Orator: nam licet videatur ficta esse narratio est tamen vera significatio.

QVOT NOMINIBVS A GRÆCIS APPELLATVR FABVLA

Quatuor
αιτος
μυθος
λογος
απολογος.

Αιτος dicitur αποτου αιτιττες id est ab innuendo quia aliud loquitur aliud innuit sive significat.

Μυτος et λογος utraq ista vox communiter sermonem specialiter vero Fabulam significat: nam quamvis μυθος αποτου μυθεασαι veniat λογος vero αποτου λεγειν Latini tamen Autore Varrone et duo appellant Fabulam a verbo Fari.

Απολογος etiam inde appellatur nomine Fabulae quia componitur ex Praepositione απο quae significat ab sive praeter: et λογος quae vox significat sermonem, quod videlicet praeter sermonem fictum habeat sensum et intelligentiam maiorem.

QVOT SVT QVÆ AB APHTHONIO CIRCA EXPLICATIONEM FABVLÆ TRADVNTVR.

1.mo Quæ sit Origo Fabulæ
2.do Quæ Definitio illius
3.tio Quas habet Appellationes
4.to Quæ sint eius Genera et Partes.

Quatuor

QVÆ EST ORIGO FABVLÆ

Originem Fabulas non aliunde desumpsisse nisi a Poetis inter quos Thesiodus, Archilopus, Homerus et reliqui enumerantur constat. Ratio quia Fabulæ fictiones continent quibus maxime solent occupari Poetæ

QVOMODO FABVLA DEFINITVR

Fabula sic definitur Græce Μυθος εστι λογος ψευδης εικονιζων αλη θεα Fabula est sermo falsus imaginem exprimens veritatis Ab aliis sic definitur Fabula est oratio falsa seu ficta veritatem exprimens, Vbi notandum Quod quamvis in Fabulis argumenta sint Fabulosa et nulla veritatis vim continere videantur tamen rationem habeant, Ut iuxta eam veritas possit manifestari, ficta quidem Narratione sed vera significatione.

QVÆ SVT APPELLATIONES FABVLARV

Variæ! Aliæ enim dicuntur Sybariticæ a Sybariticis populis, Aliæ Cylices a Cylicea minoris Asiæ regione Syriæ proxima. Aliæ Cypriæ dictæ a Cipro insula inter Syriam et Cyliceam in Mari Carpatio posita. Aliæ Millesiæ.

Z BIBLIOTEKI SEMINARIUM SANPOLIENSIS

a Millesiis Joniae populis. Insuper aliae Isopicae ab Esopo Scriptore Fabularum appellatae.

Nota inter hot Fabularum Genera, solum esse elegantiores, et ad sapientiam accommodatiores Esopi teste Apolonio apud Philostratum qui Esopum in numero sapientum censet habendum. Quamvis enim aliarum tales ferme fuerunt quam apud Esopum sed anniles et parum pudicae dictae propter incredibilem luxum et libidinem. Cyborita enim luxu et deliciis affluebant, unde lascivis fabulis delectabantur. Cylices quoq tum vanitate tam morum turpitudine notabiles fuerunt ut quodammodo iure de illis diceretur! Cyles aut facile vorum dicis Millesii insuper luxu diffluebant. Solae igitur Esopi Fabulae probandae quae animos ad huc teneros ad meliores vias vitae circa difficultatem instituunt atq instruunt.

QVOT SVT GENERA FABVLARV

1mo	Λοπικον	Rationale	tria
2do	Ηδικον	Morale	
tertio	Μικτον	Mixtum.	

Quid est Genus Fabularum Λοπικον seu Rationale.

In quo finguntur aliquid facere illi qui sunt ratione praediti quales sunt homines et Angeli. His enim quia inest ratio ideo illorum confabulationes vocantur Logicae seu rationales. Exemplum huius est tale: Medicus quidam egrotantis periculose curam susceperat (sed cum contra vim implacabilis fati nec ulla herba salutis reperiatur) mortuo Egroto duo tumultuantibus inquit homo hic! si a potione nimia vini sibi temperavisset et mediis mortuum diuturnum pollentibus ac sanitatem conferentibus usus fuisset non ad huc vitam cum morte commutasset, haec dicenti quidam ~~agit~~ ait, serva prope modum nam nullius haec tua admonitio frugi, tum enim admonere debebas cum morbo correptus uti his poterat.

Quid est Genus Fabularum Morale

In quo illis qui ratione carent sermonem attribuimus: et talis est Fabula de Vulpe, quae leonem inuisere noluerat, quod ab eo nulla bestia egredientium Animalium cerneretur.

Dicitur autem Genus Fabulae Morale quia per mores horum Animalium hominum mores deactantur.

Quid est Genus Fabularum Mixtum.

In quo homines cum brutis animantibus introducuntur loquentes: Qualis est inscripta in eos qui sunt inconstantes. Homo quidam post contractam cum Satyro maximam societatem cum quodam tempore unâ mense accubebant, homo frigore hiemeque ingruente manus suas ori admotas afflabat: Querente Satyro quid sibi illud vellet, respondit ille, manus meas propter frigus calefacio. Verum non longo post tempore, ubi Edulium calidum allatum fuerat, homo ori admotâ insufflabat: Rogante iterum Satyro cur id ageret? inquit homo ferculum frigefacio, hoc accepto sermone Satyrus inquit ast ego renuncio amplius tuae amicitiae quoniam ex uno eodemque ore et calidum et frigidum emittis.

APOLOGVS ET FABVLA QVO differunt.

Apologi qui maxime compositi ad vim persuasionis censentur, hoc discernuntur a Fabulis. Quia Fabula habet se ut genus Apologus vero ut species; nam Apologi dicuntur Fabulae quae sub tecturio ridiculae alicuius Narrationis.

et inter bruta Animalia colloquii reaudunt aliquid quod ad vitam et mores per=
tinent talis est Apologus ille de vulpe quae fluvium transitura forte fortuna
in foveam incidit, indeque dum exire non valeret longo temporis intervallo afflicta
est, nec non hirondinibus obsessa. Talis Gedeonis Archi Episcopi, qui cum
nullo potuisset modo Mecislao Regi persuadere ne populum et ipse prae=
meret exactionibus et ipsi Praefecti affligerent afficerentque molestiis: in=
straxit mulierem quae turpi et lacerato nimium amicta vestitu lamen=
tabili admodum voce quae rulis et flectu facto eiulans opem a Rege petiit
tam gravi fletu permotus Mecislaus iubet ad se vocare mulierem,
causam fletus et quid opus haberet diligenter inquirit. Cui mulier:
habens (inquit) optime Princeps copiosum Gregem tradidi eum custodien=
dum filio, ille autem pascendum eum commisit pastoribus, quorum negli
gentia lupi rapaces partim lacerarunt partim fugarunt oviculas:
Unde ego misera extrema iam concido calamitate! ate ergo summopere
peto noli pati esse inanes et irritas preces meas accinge te ad iudi
cium, et cum reum adinveneris eundem mihi damna iube vel etiam
coge resarcire: Vocati itaque Pastores in iudicium defendunt se quod
non sua negligentia sed adolescentis improbitate mulier hoc susceperit
damnum, nam ille (inquiunt) venationi deditus erat plurimum, ca
nesque alebat ferocissimos, qui ferociores facti partim ipsi gregem
momorderunt partim dispersum per nemora lupis praedae dederunt:
ille quocirca reus est iudicii et damni, nos nec canes sevientes propulsare
aut depellere nec ovibus fugientibus occurrere potuimus. Tactus iuvenis ad
ius totam causam infert in Pastores, dicens se canes eiusmodi aluisse
ad defendendum non ad perdendum gregem: Nihilominus hoc adversus

Pastores non poterat praevalere. Audita et intellecta Meceslaus causa omnem culpam in iuvenem contulit, contra eum Decretum tulit et damna compensare iudicavit. Haec dum aguntur Gedeon assurgens inquit Ci rectum est tuum iudicium o Rex tetemet iudicasti.

Nota In hoc Apologo per Mulierem intelligit Polonian afflictam, per Filium Regem, per Gregem subditos, per Canes Praefectos Se vissimos.

Quot sunt Partes quibus constat Tabula

Prima { περιμυθιον seu λογομυθιον. } Duae
Altera { προμυθιον επιμυθιον }

Quid est λογομυθιον.

Est ipsa res et quasi corpus Tabulae: Latine dicitur Tabulatio id est Tabulae expositio.

Quid est προμυθιον et επιμυθιον.

Est illa veritas cuius imaginem Tabula exhibet continens exhortationem bene vivendi.

Quae est differentia inter προμυθιον et επιμυθιον.

Ea; si enim sententia cuius gratia Tabula excognita est, primo loco enarrationis collocata fuerit, vocabitur προμυθιον sive

Præfabulatio, si vero post Tabulam subiuncta fuerit ἐπιμυθιον hoc est Afabulatio dicetur

DE MODIS TRACTANDÆ FABLÆ

Quot et quibus Modis tractatur Fabula

1mo Si breuiter exponatur et verbis propriis.
2do { Si varietur }
3tio { Si dilatetur } tribus

Quomodo breuiter exponitur Fabula

Si facta fuerit ex varia partium eius collocatione. Collocatio autem eius partium poterit esse quatuor Modis. Primum dum præmisso προμυτιο subiicitur Fabulosa narratio nullis circumstantiis adornata ut patet ex hoc exemplo προμυθιον sæpenumero accidere solet, quod locus et tempus homines timidos adeo reddat audaces ut insultare præstantioribus minime vereantur, docet nos hæc perelegans Fabula.

λογομυθιον Hedus supra domus tectum stans lupum prætereuntem conspicatus est, et cepit statim maledicere, lupus conuersus hæc tantum verba protulit non tu sed locus.

Secundo modo Cum præmissa Fabulæ Expositione infertur ἐπιμυθιον Exemplum huius constat apud Aphthonium de Cicadis et Formicis.

Tertio modo fit Collocatio Partium dum præmisso προμυθιον et λογομυθιο etiam infertur ἐπιμυθιον exemplum huius de Araneo et Hirondine.

προμυθιον quam vana sit sine virilis ira ut vetus Prouerbium dicit, facete et admodum eleganter hæc de Araneo et Hirondine docet Fabula.

Tractatur etiam breviter Tabula si non exquisita verborum suppellectili sed simplici profertur Narratione ut patet ex hac Tabula. Quodam tempore Reptilia convenerunt et consilium iniverunt quidnam debeant facere, ut Ruta sua virtute ipsorum venena non prohiberet quoddam reptilium dixit, adeundam esse et rogandam rutam, et quia placuit ceteris contulerunt se ad eam quam ut viderunt dixerunt: Nobilis Ruta rogamus sine prohibere nostra venena nam volumus tuto in homines grassari, et eos venenis nostris tollere nam hi multos nostrorum occidere nec nobiscum etiam fideles victuri sunt. At Ruta inquit non parebo vestris precibus quia hominem omnium viventium Regem tollere cupitis, deinde donum ab eo concessum nonne decet spernere.

Quomodo Variatur Tabula

Si in omnes locutionum formas eius Expositio deducatur et Casibus Nominum Verborumque Flexionibus et Terminationibus dictionum formetur

Per quos Casus Variari potest Tabula

Per Rectos et Obliquos

Quomodo in Recto Casu Tabula Variatur

Si in Expositione illius per totam vel maiorem partem servatur Casus Nomi. et Modus Indicativus ut Verbi gratia Testudo spacii cuiusdam conficiendi certamen cum Aquila susceperat, propositus erat locus ad quem prior ex illis pervenisset die tertia is victor haberetur. Aquila contempta Testudinis tarditate desidere cepit ac longe latere vagari et alias res agere, denique totam noctem quiescere nec valde mane evolare. Testudo autem nihil remittere in itinere dies atque noctes versari rectaque contendere via ad destinatum locum, itaque tedulitate sua vicit Aquilam et locum destinatum cum abesse adhuc longissime credebatur tendit. Tabula significat studii et animi motus ad celeritatem esse efficatiores quam corporis.

Quomodo Variatur Fabula in Obliquo Casu.

Si in ea ut plurimum obliqui casus et Modi ponantur. Exemplum in Genitivo Casu Testudinis tantam fuisse fiduciam accepimus, ut cum Aquila velocissima ave spatii certi conficiendi certamen inire non dubitaret, Tuduo hoc esse placuerat, quo tempore ut magna Aquila in summo contemptu desidia Testudinis ita singularis erat assiduitas: Ergo illius cessatio victoria caret cuius sedulitas posita erat. Exemplum in Dativo Casu Testudini omnium Animalium tardissime cupiditas fuit certandi de celeritate cum Aquila. Definitur spatium et tempus ad conficiendum Certamen utrique, Aquilae tota res risus esse videbatur, Testudini autem nihil curae fuit nisi ut noctes diesque operam dare itineri, ita huius laboris et assiduitatis superbia Aquilae et inanis iactantia cesserat.

Sic in Ablativo et Accusativo Fabula Tractabitur, si ut plurimum Casus Accusativi et Ablativi ponantur.

QVOT MODIS DILATATR FABVLA?

Duobus Modis

1mo { Per Sermotinationem }
2do { Cum per Certa Capita tractatur }

Quomodo fabula dilatur per sermocinationem.

Cum vel homini vel Animali alicui sermo conveniens attribuitur. Exemplum huius accipite: Luscinium vario cantu argutam in sublimi nubium summitate captam ferebat, haec unguibus transfixa misero plorabat at raptor voce horrenda sic ait quid exclamas misera a multo quam tu sis fortiore detenta. huc adsis quo ego pertracta suave licet utque cantes, cena tamen mihi futura futura est ut volvero, depingit qui potentio oribus repugnant.

Quot sunt capita dilatandæ Fabulæ

Septem

1mo Cum Summitur Exordium ab Aethoris laude.
2do Cum Subiicitur Exordio Præfabulatio
3tio Cum exponitur Personarum in Fabula introductarum natura.
4to Cum fit amplificatio per Prosopopoeiam seu Sermocinationem.
5to Dum fit à Collatione
6to Dum à Contrario
7mo Cum Subiicitur Conclusio.

Exemplum per Septem Capita Fabulæ, tractate exstat in stylo de Vipera et Formica.

DE NARRATIONE

Quot traduntur ab Aphthonio de Narratione.

1mo Quid sit Narratio.
2do Quo differat ab aliis.
3tio Quæ sint Narrationis Genera.
4to Quæ adiuncta
5to Quæ Virtutes.

Quinque.

QVID EST NARRATIO.

Διήγημα ἐστὶ ἔκθεσις πραγματος γεγονοτος ἢ ὡς γεγονοτος, id est Narratio est Expositio rei gestæ aut quasi gestæ. In qua definitione Genus Narrationis est Expositio vel interpretatio, qua uniuersi depingitur.

describitur, atq exponitur mens nostra vel propositum ac sententia. Differentia Narrationis est Duarum partium quia negotium vel factum quod in Narrationē venit duplex est: Aliud enim vero sic gestum est! aliud saltem excogitatum et effictum ad similitudinem rerum gestarum; quales sunt Poematum partes Poetias autem Narrationes vult Author complecti sub hoc uno genere Narrationis quae quamvis gestae non sint, ita tamen narrantur ac si gestae ~~narrantur~~ fuerint. Unde Cicero in multis locis Narrationem sic depingit. Et in pri. lib. 1 de Inventione hunc in modum Narratio est rerum gestarum vel ut gestarum expositio. In Partitionibus autē sic: Narratio est rerum explicatio, et quaedam quasi sedes ac fundamentum custodiendae fidei. Author vero ad Herrennium ita depingit: Narratio est rerum gestarum ac proinde ut gestarum Expositio

Vti nota circa Narrationem duo esse videnda ut videlicet Narratio sit vera vel verisimilis.

Vera Narratio est quae rem narrat ita vti facta est qualis est apud Historicos: Ut Cedes Clodii, Ciceronis, Caesaris. exc.

Verisimilis est, quae sic instituitur ut fieri poterit! qualis est apud Homerum et alios Poetas, non enim semper verae res narrantur quae gestae fuerunt, sed etiam quae geri poterunt ut in Comoediis et Tragediis vel exercitationis causa quas Sophistae faciunt, vel Confirmationis ut Cicero pro Lege Manilia de Medea.

QVO DIFFERT HAEC DE QVA TRACTAT APHTHONIUS ab aliis Narrationibus.

Eo quo differt pars a toto: Διήγημα enim est pars διηγήσεως sicut ποίημα ποιήσεως unde sicut ποιήσις est longior quam ποίημα ita Διήγησις protractior est Narratio quam Διήγημα. Poema enim est inventio parva quae paucis verbis exprimitur. Poesis vero textus ipse Scriptorum et opus totum. Illustrat id Author Exemplo Ilias Homeri (inquit) est Poesis Fabricatio autem armorum Achillis Poema est: sic et apud Virgilium ludorum descriptio Poema dicitur, Poesis vero opus totum libris 12 Enedios contextum,

Sic igitur Διηγημα erit aliquod opus, exempli gratia tota aliqua disciplina polysimae quae est de factis, Ite Historia Libri Caesaris Herodoti Διηγημα autem erit brevior quaedam Narratio, Exempli gratia quomodo Caesar in Curia confossus est aut Romae Reges exacti. Scalier autem lib. 1mo. Poe. Cap. 2do hanc distinctionem inter Poema et Poesim dat, Poema (inquit) ipsum opus sive parvum sive magnum significat, vel quasi Materiam! Poesis autem significat Formam actionis sive ipsam inventionem Poematis.

Quot sunt Genera Narrationis.

Probatissimi Rethores 3tria Genera Narrationis faciunt

Primum est proprium Causae in quo sedes fit Argumentorum

Secundum quesitum: quando Narratio potest accommodari causae, sed non est et causa, et hoc fit per digressionem.

Tertium Genus est alienum et remotum a Causa: quemadmodum sunt Historiarum Tabularum, tum Locorum Personarum, verum Morum descriptiones.

Primi Generis Exemplum habes evidentissimum Catilinaria Tertia, Ubi enim ex Narratione profluunt argumenta confirmationis. Verbi gratia dicit ibi in Narratione captos esse coniuratos. Jam vero in Confirmatione tutos esse Cives Romanos. Item opera Ciceronis Servatam Rempublicam. In Confirmatione vero supplicationem Servatoris nomine celebrandam esse.

Nota Tertii Generis tantam esse Utilitatem, ut in eo maxime conveniat iuvenem tutem exerceri, nam facilius superiores illas Narrationes poterit aliquanto tractare.

Quoduplex est Narratio.

1ma	Poetica	triplex
2da	Historica	
3tia	Civilis.	

Narratio est Poetica Expositio rei quasi factae: quia Poetica Narratio est Fabulosa: quales sunt Narrationes illae in commediis apud Terentium et apud Plautum! In Tragediis apud Senecam et aliis. Similiter et illae quae a Poetis defictae de Enea Ulisse Tantalo et Ceteris
Historica Narratio est quae rei gestae continet Expositionem: ratio, quia haec exponit res vere ab hominibus gestis. Quales sunt Narrationes apud Josephum, Plutarchum, Zivium, Sallustium, Florum Suetonium Cromerum etc.
Civilis seu Politica est illa Narratio, quae Oratores in Controversiis sive Accusantes sive defendentes utuntur, Exempla illius in Orationibus Tulianis citra illum negotium occurrunt.

Quot sunt Partes Narrationis.

Principium
Medium et
Finis } tres

Quorum Prima Praenarratio 2da Narratio 3ha Post Narratio nuncupantur
Nam si aliq dicat quae Praecesserunt erit Primum
Si deinde quae acta sunt proferetur erit 2da
Si demum ea narrabit quae subsecuta sunt erit 3ha
Verbi gratia Narraturus quis de bello Gallico cum Pompeio Romanorum Imperatore gesto: Primo dicet praecedentia totum bellum, ut fugit repulsu Caesaris Principium cepit in conscribendis Militibus
Secundum Narratio Actum est per aliquot Annos, finem accepit interitu Pompeii et liberorum eius
Tertium dum dicet subsecutas fuisse Servitutes et Statutes, exilia Civium Romanorum, et Reipublicae oppressionem, Eiusmodi exemplum habes Narrationis pro Sexto Roscio Amerino Ubi Cicero

calamitatem et innocentiam Roscii demonstrat. In Narratione dicit causam cedis, consequentia cedem coniuncta cedi. Talis Narratio est Catilinaria tertia

Quid observandum in Conclusione Narrationis.

Orator si Accusat tunc rei indignitatem ostendat exageret: ut Cicero pro Roscio. Quid primum querat? aut unde potissimum Judices quid aut a quibus auxilium petat Deorum ne Immortalium. Populi ne Romani vestram ne qui summam potestatem habetis fidem implorem. Si vero defendit Orator utilitatem inde Reipublicae promittat, aut rem aeque iusteq factam ostendat uti est in Oratione Pro Illione itidem. Haec sicut gesta sunt Judices ita exposui.

QVOMODO COPIOSIVS EFFICITVR NARRATIO

Si eam aliquis circumstantiis amplificaverit atq dilataverit. Eae autem Circumstantiae reducuntur ad sex Partes

Prima Summitur a Circumstantia Personae! In qua videndum est Genus, Persona, Natura, Institutio, Habitus Aetas Fortuna.

Secunda Pars Summitur a Negotio gesto! Ubi considerandum est sit ne magnum ac parvum, facile an difficile, Periculosum Honestum, Utile, Jucundum, an Contra.

Tertia pars Summitur a Circumstantia Temporis! Ubi videndum est, sit ne aliquot factum Praeterito an Praesenti tempore, Geme an Estate, et ceteris Anni Temporibus Partibus; interdiu an noctu, sive die festo sive Praefesto.

Quarta pars, Summitur a Circumstantia loci! Ubi videre debemus, sacer ne sit locus an profanus, spatiosus an Angustus, Longinquus an propinquus.

Quinta pars á Circumstantia facti! Ubi videndum est, an sponte an invitus, an per ignorantiam, clam, vi, palam, sit aliq factum.
Sexta pars á Circumstantia Finis. Ubi declarandum est, quo animo qua intentione, quis fecerit bono an malo. Quæ Circumstantiæ sex hoc versiculo comprehenduntur. Quis, quid, ubi quibus auxiliis Cur quomodo quando, his additur Logismus et omissio.
Exemplum Narrationis Poeticæ vide apud Ovidum Lib 1mo. Metamorph. in hoc loco, Unus erat toto naturæ vultus in orbe.
Exemplum Narrationis Historicæ per Adiuncta huic Circumstantias Bias cum ei Amasis victimam misisset, iussissetq ut optimam ac deterrimam carnem demeret sibiq remitteret linguam excisam ei misit.
Persona Bias Prigeneus Epitheton Philosophus ille clarissimus Periphrasis Qui ob ingenii sui dexteritatem, inter illos septem sapientes totius Græciæ connumeratus est Causa Dum ei Amasis Rex Ægypto potentissimus victimam obtulisset ab eo postulasset, ut quæ pars optima et pessima videretur eandem sibi remitteret Logismus Animadvertensq ille quanta bona quantaq mala per sermonem hominibus eveniant. Omissio. Non caput, non cor aut aliquam corporis partem misit ei. Factum. Verum linguam exemptam referendam illi curavit. Causa Finalis Ut intelligeret eam hominis partem plurimorum et bonorum et malorum causam esse Locus Hoc factum est non in Barbara et ab omni humanitate aliena Regione sed in Clarissimo et præstantissimo Ægyptiorum Imperio in quo Nilus inundans maximam rerum omnium ubertatem facit Tempus Illo tempore cum viros amplissima doctrina luce Illustratos sinu suo fovebat Græcia inter quos septem illi sapientes, veluti sydera septem splendidissima omnigena eruditione, præclarisq virtutibus fulgebant.
Exornatio a Simili Adhuc hunc fere modum Scitæ Dario Regi Parsarum Terram suam ingrasso Avem, Murem, Ranam, et quinq sagittas miserunt, serio eundem monentes, ut si sagittis in diversum distragi nolit

Sutarum sedes volut Aries cito deserat, veluti Mus terrae viscerib. occludatur, voluti Rana paludib. sese defendat.

Exornatio per Collocationem. Longe melius et sapientius olim homines facitabant, qui eiusmodi signis in rebus seriis utebantur quam hac tempestate, quia ut omnia aperte geruntur ita et hominum Cocus et Reipublicae felicitas in apertum discrimen trahitur.

Aliud exemplum de Lecho Secundo Principe Polonorum ex lib. 2do. Croneri. Curato Craci funere, filius eius natu minor Lechus, maiorem cui Cracus etiam ipsi nomen erat per speciem Venationis in silvas eductum in cautum occulte interemit, a fortuito casu eum perijsse mentib. simulatis lachrimis ac luctu, honorifice sepelit. Principatumq. scelerate appetitum, quia maiori natu debebatur, sublato illo suscipit. Verum aliquanto post fate facto scelere Principatu deiectus, et in exilium actus est.

Exemplum Narrationis Politicae seu Civilis de Vita Apii Poetae ex Narratione Ciceronis pro Archia per quinq. Partes.

Prima Studia narrat. Ibi Nam cum primum ex pueris excessit Archi. &c.

Secunda Patria ibi Primam Antiochiae

Tertia Fama ubi. Post in ceteris Asiae partib. conctae Graeciae. &c.

Quarta Aduentum et familiares eius. ibi Hac tanta celebritate famae cum esset iam absentibus notus Romam venit. &c.

Quinta Ius Civitatis Heracliensis. ibi Venit Heraclian quae cum esset Civitas. &c.

Quot sunt Virtutes Narrationis?

Quatuor { Perspicuitas, Breuitas, Probabilitas, Suauitas } additur ab aliis ita Proprietas

Perspicuitas Narrationis quot modis institui potest.

tribus

Primo quando ad summam ordinem naturali ab imo tendit, Verbi gratia si dicatur comprehensus, examinatus, in custodiam traditus, ut Cicero dicit. Ad me vocaui rem omnem exposui quod fieri placeret ostendi

Secundo modo Narratio sit perspicua, siue aperta, vel dilucida quando nihil eorum omittitur quae necessaria sunt, et dum nec rei gestae, causae, rationes exitusq negliguntur

Tertio modo Cum verba ex communi usu loquendi decerpta et suo ordine disposita sunt: ut apud Ciceronem in Oratione pro Milone. Milo autem cum in Senatu fuisset eo die quo ad Senatus dimissus est, domum venit calceos mutauit. &c.

Breuitas Narrationis quomodo instituetur.

Cum dicta semel in Narratione non iterabuntur, et omissis rebus supervacaneis, atq ijs quae ex dictis facile colligi possunt brevissima rei series exponetur.

Quot sunt Praecepta Probabilitatis

Sedecem

1mo Ut consentiant personis ea quae narrantur
2do Ut cum tempore conueniant
3tio Ut loco respondeat
4to Facti et euenti ponenda est causa ut filia fuit eximia
Forma ergo praeceteris placuit
5to Testes sunt adferendi.

6to Cum ea quae narrantur ad vulgi humorem et ad eorum qui audi=
unt opinionem accomodantur.

7mo Cum ea quae narrantur cum lege et more consentiunt - dum
8vo Dum cum religione conveniunt

9no Dum Probabilitas Narrationis significatur. Sic suam Cicero
suam Probabilitatem significat suis verbis nemo cum Dolabella
neq tui neq tuorum liberorum quos tu miseros in egestate atq
sollicitudine reliquisti miserori potest.

Cum antiquitas, memoria, veritas Narrationis fidei significatur
Ut Adrianus quod eius avaritiam cives Romani fore non potu=
erunt vivi, vivus Domi suae exustus est.

Suavitas Narrationis in quo consistit.

Si in ea modesta fuerit officii praedicatio ac commemoratio per
Prosopopoeiam vel per expositionem dicti vel per sententias
in opinatos exitus habentes.

Nota his quatuor virtutibus Narrationis addi a plurimis quintam
videlicet proprietatem verborum quae in eo consistit; neque contorte
neq ambigue, neq innovate dicamus sed utamur usitatis verbis,
usitata verba ea sunt quae versantur in sermone optimorum Au=
torum consuetudine recepta propria sunt, quae eius rei verba sunt
aut esse possunt de qua loquemur.

DE CHRIA

Quare primo post Narrationem Explicatio Chriae instituitur

Quia Chria respectu praecedentium repraesentat confirmationem, ideoq post Fabulam et Narrationem recto ordine sequitur

Quot praecepta tradit Author de Chria

Quatuor.

- Primo eam definit
- Secundo Unde dicta sit
- Tertio Divisionem eius adfert
- Quarto Modum scribenda chriae praescribit in exemplis.

QVID EST CHRIA

Χρεῖα ἐστιν απομνημονευμα σιν το μον ευσοχως επι τι προσοπον αναφερουσι. id est dictum aut factum breviusculum memorabile ad Authorem suum translatum, vel clarius Chria commemoratio alicuius dicti aut facti vel utriusq simul celebrem habens demonstrationem.

Unde dicitur Chria.

A Graeco verbo χρεομαι quod significat utor, unde à Prisciano vocatur usus à Graecis χρησις (quemadmodum) καταχρησις abusus) ab aliis utilitas quia dicta et facta clarissimorum hominum ad vitam unde agendam in ea sunt accommodatissima.

Quoduplex est Chria

Triplex { Λογικη / Πρακτικη / Μικτη } idest { Verbalis seu Rationalis / Actiua et / Mixta

Quid est Chria Verbalis

Est Sententia alicuius certi Authoris verbis expressa: Ut Cyrus solebat dicere Rex maximus Persarum; magistratu dignum non esse quenquam qui non sit melior subditis. Ite Xenocrates dixit Dixisse me penituit aliquando tacuisse nunquam. Sic Plato solebat dicere: Frondes virtutis enasci enasci ~~et~~ e sudore et laboribus, et tales Chriae tot sunt quod dicta sententiosa reperiuntur apud certos Rhetores.

Quid est Chria Actiua

In qua commemoratio est alicuius facti et qua aliqua ad formandos mores doctrina peti potest. Ut est illud factum quo Lacedaemonii servos ebrios in conspectu puerorum producebant, ut illi turpissimis factis ebriorum visis ab ebrietate abhorrerent. Tale est et illud de Tarquinio papaverum summa decutientem, innuens eo quod eversurus erat multas urbes, vastaturus Florentissimas Provincias. Tale illud Aristippi Philosophi; hic enim quodam tempore navigans ut intellexit navim esse Piraticam deprompsit aurum et humerare cepit mox aliiciens in Mare graviter ingemuit. Tingens sibi invito ac imprudenti excidisse; quo ingenio vitae suae consuluit dempta Piratis occidendi vincendique materia. Tale et Pithagore, qui interrogatus quanta esset hominum vita; cum per temporis brevis spatium se conspiciendum exhibuisset latebras petiit: humanae vitae mensuram ex momentaneo conspectu designans.

Quid est Chria Mixta.

In qua commemoratio est et dicti et facti simul. Ut verbi gratia quum Aristippus a quodam conuiciis incesseretur tacitus abiit, sed quum is insequeretur eundem, diceretq cur fugis? respondit; quoniam quidem tibi potestas est maleboquendi mihi vero non audiendi. Tale est illud Diogenis, qui in foro staris clamabat adesse homines; veluti concionaturus ad populum: et cum iam frequentes conuenisset nec ille desineret clamare adesse homines cepit quidam indignari dicens en adsumq dic aliq. Atq Diogenes accepto baculo illos abiicere cepit dicens: homines adesse iussi non stercoliniae. Quasi diceret non ego puto homines esse qui secundum rationem non viuunt, sed brutorum in morem aguntur affectibus. Item Diogenes anspecto adolescente improbo Pedagogum verberauit, et ea inquit, cur sic instituis. Huc spectat et illud de Scirulo fato qui moriturus fascem sagittarum colligatarum filiis suis frangendum obtulit, et dictum, quo monuit, ut concordo viuerent filii, sic ad instar sagittarum colligatarum a nullo hostium frangi velint. Item Cum Diogenes Cinicus aliquando vidisset puerum concaua manu bibentem. Hic puer inquit fragalitate me superat, qui supellectilem superfluam mecum circumgeram, et eductum e pera poculum ligneum abiecit, nesciebam (inquiens) et in hoc nobis prouidisse naturam. Cum alterum puerum vidisset vasculo fracto cauo panis excipere lenticulam, abiecit et catinum ligneum ut super vacaneum teste Diogene Laertio lib. 6 de vitis Philosophorum.

Quot sunt

Quot sunt Capita seu Partes quibus tractatur Chria.

Octo:

- Εὐκωμιαστικὸν
- Παραφραστικὸν
- Αἰτίον
- Ἐναντίον
- Παραβολὴ
- Παραδείγμα
- Μαρτυρία παλαιὸν
- Ἐπίλογος καὶ βραχύς

id est

- Laudatio
- Interpretatio seu Expositio
- Causa
- Contrarium
- Similitudo
- Exemplum
- Testimonium Veterum.
- et
- Conclusio brevis.

Quid est Laudatio?

Est commendatio Personae qui dictum aut factum aliquot admirabile protulerat, sive utrumque simul.

Quibus et ex quot Locis desumitur Laudatio?

Ex tr

Ex locis quae consistunt in bonis animi Corporis et Fortunae

Bona autem animi consistunt in Virtute, ea autem dividitur in Scientiam et Actionem. Scientiae partes sunt Prudentia et Sapientia. Prudentia dividitur in Oeconomicam, illa domestica et Civilis vocatur Sapientiae Comites sunt Artes ut Rhetorica Dialectica &c.

et Scientiae ut Theologia et Philosophia Actionis caput temperatia statuitur, quae versatur aut in rebus incommodis aut in rebus incommodis In rebus commodis est magnitudo animi quae suas ros curat, cuius partes sunt tres Continentia, Abstinentia, et liberalitas.
In rebus incommodis, quae curat ros communes. Justitia, Fortitudo quae venientibus malis obstat, et patientia quae mala quae adsunt tollerat. &c.

Bona Corporis quae sunt?

Ea quae natura corpori attribuit: ut est Velocitas Hemerus á pedum velocitate Achillem laudat, et Virgilius Camillum á virilis laudat, Virgilius cum agit — — Sunt nobis fortia bello — Pectora — Sunt animi et rebus spectata iuventus.
Dignitas quae est pulchritudo corporis, ut venustas malieris, haec nobis effecit gratiores. ut Virgi. lib. 5. Aene. Gratior est pulchro veniens e corpore virtus
Valetudo quae partim á natura datur, partim studio et diligentia camparatur. ut Quintus Metellus laudans Patrem suum inter alia quae illi adfuerunt bona, recte cum valuisse dixit.
Bona Fortunae sunt quae Casus aut Fortuna secunda adversa nobis confert: sunt autem haec.
Genus, ut Horatius Mecenatem a maioribus laudat dicens Mecenas á tavis edite Regibus Aeneas Didonem apud Virgilium lib. 1mo Aene. a Parentibus qui tantum talem genuere Parentes. Laudantur quoque qui praelucent maioribus suis virtute

Educatio Qui enim sub bonis educatus Praeceptoribus, hunc bonis moribus esse credibile est. Non minoris namque est quos adsciscas tibi praeceptores, quam quos nactus sis Parentes; quia ut liberi ferme referunt Parentum ingenia, ita etiam plerumque vitia demigrant in eos, quo illi instituunt. Adduntur divitiae Potestas, gloria, Dives ne sit an pauper, liber an servus, Privatus an cum potestate, felix an contra.
Praeterea amici multum enim inter est, quales amicos quispiam habuerit.

Quid in Laudatione ex his bonis Praedicatis sit observandum.

Ut ab eo bono sit laudatio ad quod Chria refertur et de quo est ut in hac tractanda Chria. Diogenes Philosophus interrogatus a quodam quod iter ad gloriam esset; respondit, si minimum gloriae sectatus fuerit. Summetur Laudatio a magnitudine Diogenis qui contemptor gloriae fuit.

Quid est Expositio?

Est commoratio in chria per commutationem verborum et appositum plurium sententiarum idem significantium, quibus fiat clarior atque illustrior. Ideoque in Expositione debemus clarissimis verbis exponere sententiam authoris, si obscurior fuerit, quod si ob suam obscuritatem nulla indigeat explicatione, aliis atque aliis verborum ornamentis erit illustrata.

Quid est Causa

In qua dicti aut facti adfertur ratio summuntur autem rationes seu argumenta causæ à re ipsa quæ continetur in Chria videlicet definitionem partium, Divisionem modorum agendi enumeratione vel a causa materiali formali deficient, vel ex aliis locis Dialecticorum

Quid est Contrarium.

In quo allatis ijs quæ propositæ rei videntur esse contraria, alterno novo argumento res probatur, amplificatur, exornatur, verb. gratia, si quis dicere velit de bello habeat argumenta a contrario de pace si de virtute habeat argumenta de contrario de vitiis huius nate locis tanta est vis ut quamvis eam dicamus multa tamen et magna et varia dicere videamus

Quid est Similitudo

Est cum aliqua duo propter certam inter se propositionem et convenientiam conferuntur atq ex uno aliud infertur verbi gratia in illo dicto, labor omnia vincit, comparatis laborem et assiduitatem cum gutta frequenter cadente, atq dices si gutta emolit etiam durum lapidem labor quoq quodvis et difficile potent acquirere.

Sciendum autem est similitudinem ipsa re quæ confirmatur, quia semper certius est id quod rem confirmat quam res quæ probatur.

Jam autem similitudo quærendum est non solum ijs rebus quæ sunt eiusdem generis sed etiam diversorum. Eiusdem autem Generis sunt ea quæ eodem Genere continentur, ut Homines Boves Canes.

Leones ex respectu animalis in iis etiam quae sunt diversorum generum eadem ratione proportio q iuxta Dialecticos spectari debet quod fiet duobus modis, primo ut hoc ad illud sic aliud et aliud referatur. Secundo sicut hoc in illum sic aliud in alio ut sic Prioris exemplum tale est quae rationem habet scientia ad id quod scientia continetur; tandem habet sensus ad id quod sub sensum cadit utrumq enim versatur in contrariis Posterioris eiusmodi quendam aspectus oculo est sic mens in animo, utrumq enim Ducis et Principis locum obtinet.

Quid est Exemplum.

In quo res facta aut quasi facta addicitur ut ea res quae tractatur confirmetur et reputetur et sic melius illustretur.

Quomodo tractanda est Chria ab Exemplo.

Quoniam Exempla vel sunt nova vel antiqua, vel sacra vel profana vel vera vel ficta et omnia tractari possunt, aut per indictionem quae rem unam ex pluribus similibus colligit instituiturq per interrogationem, verb. gratia. quod unum generosissimae non ne quod optimum. quis homo generissimus non ne qui optimus? optimus autem fuerit virtute praeditus possunt etiam exempla tractari per locum a Comparatis ad maiorem orationis amplificationem.

Quid est Testimonium Veterum

Est caput in quo adducuntur dicta Decreta iudicia sapientum; ut Philosophorum Historicorum Poetarum Oratorum ceterorumq virorum

illustrium et gentium quibus res quae tractatur probetur vel reprobetur illustreturq.

Quid est Conclusio

Est brevis repetio omnium capitum Chriae cum figura aliquem motum licet non vehementem efficiente.

Exemplum exstat Chriae apud Ciceronem in lib. 3tio de Officiis

Chria est Publium Scipionem Marce fili eum qui primus Africanus appellatus est dicere solitum scripsit Cato, qui fuit fere semper eius equalis, nunquam se minus otiosum esse quam cum otiosus; nec minus solum quam cum solus esset.

Laudatio Magnifica vero vox et magno viro et sapiente digna

Interpretatio. Quae declarat illum et in otio de negotiis cogitare et in solitudine secum loqui solitum ut neq cessaret unquam et interdum colloquio alterius non egeret.

Causa Itaq Duae res quae languorem afferunt ceteris cum accedant, otium et solitudo

Post Comparatio sequitur In qua Comparat otium Civium Romanorum et solitudinem.

Contrarium Sed nec otium hoc cum Africani otio, nec haec solitudo cum illa comparanda est

Similitudo Ille enim requiescens a Reipublicae publicarrimis muneribus otium sibi summebat aliquando et a cetu hominum frequentia interdum tanquam in portum se in solitudinem recipiebat nostrum autem otium negotii inopia non requiescendi studio constitutum est, ex stincto enim Senatu deletisq iudiciis quid esset quid dignum esset aut in curia aut in foro agere possimus.

Testimonium veterum sed quia ne ab hominibus doctis accepimus non solum ex malis eligere minima oportere sed etiam excepere ex his ipsis si quid non esset boni, propterea et otio fruor non illo quidem quo debeat ijs qui quondam peperisset otio.

Semper ne in scribenda Chria omnia capita poni illius debent?

Non semper; sed tunc omnia ponuntur si necessitas postulauerit, si autem non sit necessarium aliquot solum adferantur; quod si quispiam exercitii causa Chriam conscribere voluerit, satius esset ut omnia capita illius adferat.

DE SENTENTIA

QVARE CHRIÃ IMEDIATE SEQVITUR Sententia.

Eam ob causam; quia maxima est utriusque affinitas et cognatio: eundem enim usum in probationibus, et communem tractationem habent.

Quot sunt et quae docentur de Sententia?

Quatuor Primum Quid sit Sententia 2dum. Quod sunt eius Genera 3tium Qualis Tractatio 4tum Quo a Chria distinguatur.

Quid est Sententia?

Γνώμη ἐστὶ λόγος ἐν ἀποφάνεσι κε φαλαίοθης ἐπὶ τί προτρέπων ἢ ἀπροτρέπων id est. Sententia est propositio quaedam summaria vel universalis adhortans aliquem ad aliquid vel dehortans. Alii sententiam sic definiunt. Sententia est oratio sumpta de Doctrina sapientiae, gravis, insignis et Generalis, singulare aliquod vitae documentum breviter in se comprehendens. Talius eam sic definit. Sententia est oratio quae ad mores et communem vitam hominum pertinet: ostenditque quid aut fiat in ea plerumque, aut quid fieri oporteret. Ex his definitionibus apparet quae sint attributa sententiae. Primum est ut sit brevis 2dum ut sit Generalis et universe posita. Tertium ut sit de Moribus. 4tum ut singulare aliquod vitae documentum comprehendat. Uti hae

Teras non culpes quod vitare non potes.

Item. Nimium altercando veritas amittitur.

Genera Sententiarum quoduplicia sunt?

...licia Primum Genus est quod ducitur a fine 2dum quod ducitur a Materia 3tium quod ducitur a forma

Sententia quae ducitur a Fine quoduplex

...lex Prima Sententia est adhortans. 2da Dehortans 3tia Enuntians.

Quid est Sentia adhortans?

Quae aliquem ad aliquid faciendum impellit. Ut Dulce et decorum est pro Patria mori. Item qui multorum custodem se profitetur eum

Sapientes sui primum capitis custodem debere esse dicunt. Exemplum autoris ex Homeri 15 Odissea desumptum χρὴ ξεινον παρέοντα φιλεῖν εθελοντα δε τεμπειν id est oportet hospitem praesentem amare et volentem dimittere.

Quid est Sentia dehortans.

Quae nos ab aliquo malo facinore revocat: Ut familiaribus pravis ne utitur. Ite Mors et fugacem persequitur virum. Exemplum. Authoris ex lib 2do Homeri Iliadon desumptum. Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα id est Non decet Principem solidam dormire noctem.

Quid est Sententia Enuncians?

Quae ad instar Praepositionis per modum Indicativum profertur. Ut Cogitationes posteriores sunt praecedentibus prudentiores

Ex Omnium rerum vicissitudo est. huc spectat et illud. Nihil tam populare quam bonitas et Demosthenes prima Olympiaca. I

Pecuniae obediunt omnia.

Sententia quae ducitur a Materia quo duplex est?

Duplex.

Simplex et

Composita.

Quid est Sententia Simplex

Quae unam tantum rem comprehendit et simpliciter sine ulla ratione profertur Ut In voluptatis regno virtus non potest consistere

Item Invidentia sui ipsa est supplicium.
Item Bonorum bonus est exitus.
Exemplum ex Homeri lib. Iliadon 12 Εἰς οἰωνὸς ἄριστος ἀμυνεσθαι περὶ πατρῆς. id est

Optimum id est auspicium Patriam defendere terram

Huius sententiae occasionem dederat author: cum enim reliqui tempore belli et defensionis Reipublicae auspicii consulerent solum is eiusmodi sententiam subiecit.

Quid est Sententia Composita

Quae sive subiectam habet intentionem assertioni, sive ex duabus vel pluribus sentiis constat. Cum ratione profertur ista sententia, omnes bene vivendi rationes in virtute sunt collocandae Ratio. Quia sola virtus in sua potestate est omnia praeter hanc subiecta sunt fortunae Dominationi. Item. Qui adolescentum peccatis ignosci putant oportere falluntur propterea quod aetas illa non est impedimento bonis studiis, ad hi sapienter faciunt qui adolescentes maxime castigant, ut quibus virtutibus omnem vitam tueri possint, eas in aetate maturissima volunt compensari. Sine ratione aliquod sententiae obsequium amicos veritas odium parit. Mors misera non est aditus ad mortem miser est. Huic sententiae verus ut Homeri ab Authore pro exemplo appositus talis quo alloquitur 2do. Iliadon Ulisse Thersitem sic.

Sententia quae ducitur a forma quoduplex est?

Triplex Probabilis seu Persuasoria vera et superlata.

Quid est Probabilis Sententia.

Quae licet vera sit plerumque tamen aliter se habere potest, neque perpetuo vera est. Ut haec Melior est oculatus unus testis quam auriti decem. haec licet vera esse videtur tamen eam refutat Aculeius. Item. Acerba audire tolerabilius quam

videre

Huc spectat et illa Talis est quisq quales ij quibus conuersatur.

Quid est Sententia Vera.

Vera Sententia est quae aliter se habere non potest ea autem appellatur Axiomatica, ut patet ex his Exemplis Omnes sibi melius malunt quam alteri. Vitam sine iustitia nulli licet inuenire.

Nemo est ex omni parte beatus.

Omne totum maius est sua parte.

Ex Exemplo Authoris Expers malorum nulli vita contigit.

Haec Sententia ab Hesiodo sic destituta

Quid est Sententia Superlata.

Sententia superlata seu Hiberbolica est ea quae plus videtur dicere quam sit in re ipsa. Ut

Hominis vita est temporis punctum

Nihil nouum sub sole.

Homo est bulla et vmbrae somnium.

Solus sapiens liber est

Authoris nostri ex Homero Exemplum.

Quot Partibus tractatur Sententia

Tot partibus quibus et Chria tractari solet videlicet octo.

Exordio Expositione siue Explicatione, Causa siue ratione, a Contrario, a Simili ab Exemplo, a Testimonio Veterum et Conclusione, omnes enim in sententia partes sic scribi debent atq in Chria. Vnde etiam supersedelimus a Partium istarum Explicatione, vno Excepto Exordio quod aliter tractandum est;

nam in Sententia Exordium non ab Authoris, sed ab ipsius Sententiae laude duci debet, Quot fuit fiet cum Sententia collaudabitur ex Locis Generis Demonstrari, videlicet necessitate, honestate, Jucunditate et Suavitate. In Conclusione similiter eiusdem Sententiae brevissime laudem commemoralis, admonitionemq quam Sententia intendit inculcalis.

Quo differt Sententia á Chria.

Author noster duas differentias dat Sententiae a Chria

Prima Quia Sententiae tantum sunt in Verbis Chriae vero et in Verbis et in Factis

Secunda Quia Chria cum Persona Sententia sine Persona profertur

Vt cum dico Virgilius inquit Labor improbus omnia vincit est Chria. si autem nomen Authoris supprimae per Sententiam solum proferam Labor improbus omnia vincit. erit Sententia. Alii praeter has duas etiam addunt

Prima. Quia Chria indicando tantum profertur, et Sententia quandoq per Interrogationem. Vt Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fauni

Secunda Quia Sententia est Generalis Chria vero Singularis; Vt patet ex hoc dicto. Jugurta dixit Roma egrediens: o Romam Venalem si emptorem inveneris

Nota Primo Sententiam appellari, iuditium, conceptionem animi, mentem, animum, et lumen orationis.

Nota secundo Sententiae aliquando ad rem referuntur. Vt Cic. Nihil est tam populare quam pax

Nihil proprium ducendum quod mutari potest.
Nulla est tam bona fortuna de qua nihil possit queri.
Aliquando sententiae referuntur ad Personam ut illa Dominii
Princeps qui vult multa scire necesse habet multa ignoscere.

DE CONFVTATIONE

Cur prius tractatur Confutatio quam Confirmatio

Ratio prima quia facilius est refutare quam Confirmare, sicut facilius est Edificium diruere quam exstruere, ergo prius etiam de Refutatione quam de Confirmatione agendum est

Ratio secunda Ut ordo quae est anima rerum servetur: primo enim opinio debet ex mentibus auditorum evelli quam induxit adversarius, postea eius Contrarium debet persuaderi, illud quidem Refutationis, hoc Confirmationis praeceptis conficitur.

Quot sunt Nomina Refutationis?

Author noster ἀνασκευὴ eam vocat. Autor ad Herennium Confutationem Cic lib 1mo de inventione Reprehensionem. Priscianus appellat improbationem. Quintilianus lib 2do Cap. 4to. opus destruendi.

Quot sunt quae de Confutione docentur ab Authore?

4 tuor Primo Quid sit Confutatio 2do Quae materia et obiectum illius 3tio Quot capitibus tractetur 4to Quae sit vis Eiusdem.

Quid est Confutatio?

Ἀναβκευὴ ἐστὶν ἀνατροπὴ προλεμενοῦ τίνος πράγματος. Id est. Confutatio est eversio cuiusq propositi negotii. Cicer. eam sic definit lib. 1mo. de Inventione Reprehensio est per quam argumentando adversariorum Confirmatio diluitur aut infirmatur, aut alevatur Alii sic eam definiunt. Refutatio est in Contrariam partem argumentorum allatorum dissolutio. Plurimi hunc in modum Refutatio est oratio quae propositae mi fidem abrogat et rem aliter se habere quam dicitur, in dictis Capitibus aut argumentis ostendit.

Quae est Materia vel Obiectum Proprium Confutationis?

Materia Confutationis nulla alia est, nisi ea omnia quae aut sunt non vera aut non certa: Non vera sunt duplicia, vel enim sunt penitus falsa inest iis perspicue mendacium, ut quercus saltare vel ambulare: ea Orator refutare non debet; vel sunt ficta, in quibus tamen est aliqua verisimilitudo, ut illud Ciceronis. Cadaver Clodii in Curia invectum, ut eam mortuus incenderet quam vivus evertere non poterat; ea Oratoris officium est refutare. Incerta Argumenta triplicia possunt esse; Primum est, de quorum veritate non constat eorumq ratio per dubia est ad ipsum Crimen: ut Roscius patrem occidit, quia erat invisus patri. Secundum quod non pertinet ad propositum, ut sunt plerumq ea quae circa Personam commemorantur calumniandi causa cuiusmodi sunt ea argumenta quae non tam proposito quam calumnii serviunt. Ut Oratores turbant Respub. ergo Rethorica non est exercenda. Et studiosi sunt mali ergo Academiae non sunt erigendae. Jamautem

paucorum culpa non praeiudicat omnibus.

Tertium Asylogiston cuius est mala consequentia, neq quicquid concludit, ut erat eiusmodi tempus quo impune licebat occidere. ergo Sextus Roscius occidit.

Argumenta ergo falsa ut supra dictum est simpliciter neganda sunt, non autem refutanda. Ficta itidem quae adversimilitudinem non accedunt. Dubia autem et incerta recipienda; ubi interroganda sunt eorum causae, vel a nobis vel ab adversariis, et siquae videntur esse causae, et sic sunt ab Adversario propositae omnes erunt impellendae. Argumenta autem Asylogista referuntur sic Primo dum diluentur, deinde contemnentur, et irridebuntur, ex eo quod Adversarius destitutus veris firmamentum suae causae in nugis collocaverit

Nota Dubia et incerta seu mediae conditionis ea dici, quae medium servant ordinem de quibus utramq in partem oratio poterit institui: ut Antipodas esse, Arionem a Delphino vectum, Annibalis exercitum humanas carnes edisse.

Quot sunt Capita quibus tractatur Confutatio?

Τῶν φήσαντων διαβολή	Eorum qui dixerunt Confutatio
Τοῦ πραγματὸς ἔκθεσις	Rei Refutandae Expositio
Τὸ ἀσαφὲς	Obscurum sive incertum
Τὸ ἀπιτανὸν	Incredibile
Τὸ ἀδύνατον,	Impossibile
Τὸ ἀνακόλουτον	Incosequens seu non coherens.
Τὸ ἀπρεπὲς	Indecorum
Τὸ ἄσυμφορον	Inutile.

Refutatio eorum qui dixerunt quomodo institui potest.

Hunc in modum; quando continebit Exordium Vituperationem Authoris eius rei quam refutandam accepimus. Vituperabitur autem Author vel ab origine, seu Genere, vel ab Educatione, a Natura, Vita, Moribus, et officiis ac Rebus gestis; libris quos scripsit, Dictis quae protulit Turpia Impia etc. Vituperabitur etiam Author per detractionem fidei et autoritatis, quod videlicet omnia illius dicta et facta suspecta et fide indigna sunt Exemp. Grat. Quod fuerit inirgitans rerum inferendarum, et negligens estimator quod verum quod falsum sit quod dicere solet et iudicium nullum adhibendo ad res narrandas, sed tantum quae audiret nullo delectu literis mandando, quod fuerit mendax versutus ~~praeceptor~~ deceptor, callidus, garrulus, iactator etc. Quod gratia aut odio inductus aliquid dixerit vel scripserit etc. In quo tamen caute procedendum est, non enim conveniens est, si discrimina ijs obiiciantur temere, qui sunt magnae autoritatis. Praeoccupatio igitur haec erit aliqua necessaria.

Quid est Expositio?

Est Narratio rei evertendae: iam autem in ea observanda sunt omnia quae in Narrationibus observari solent scilicet circumstantiae illae de quibus nos supra in Progymnasmate 2do egimus.

Quid est obscurum seu Incertum.

Quod sine certo Authore et Capite, sine Probatione, Testimoniis, signis et sine Argumentis profertur, Unde in eo loco requiruntur testimonia, Probationes, instabimusque adversario per circumstantias hic quis.

quis hoc unquam dixit? quis fecit? quando? quare? quo loco? quo tempore? Ut incertum est Tempus qui vixerit Narcissus, Non manifestum est quot annulos post Cladem Cannensem Annibal Carthaginae miserit. Non constat ubi Cervi aliciant Cornua.

Captatur Obscuritas vel à Rebus vel à Verbis, a Rebus si illae ducantur Generales nimis aut ignotae. Exemp. Gratia. Si apud Vulgi ex Philosophia disseras, aut singularibus aliis ignotis.

A Verbis si illa sunt peregrina vel antiqua Exemplo Gratia. Latina apud impeditos huius linguae. Pr. Si sint ambigua, per q Homonymiam vel Amphiboloiam. Pr. Si sint verba Enigmatica Pr. Orationes nimis Elliptica et abrupta. Pr. Nimis longae periodi faciunt sententiam obscuram Demum Periodi Confusae. Ubi non servatur Syntaxeos ratio vel plurimae aut longiusculae Parenteses interponuntur.

Quid est Incredibile.

Quod est contra opinionem omnium hominum, vel doctissimorum virorum, contra consuetudinem, contra Historiam Circumstantias loci, Personae Temporis, Causae Pr. Quod pugnat cum Sensibus, Cuius oratio et modus non potest facile perviderí, quod non habet sufficientem Probationem: Ut Incredibile, est Arionem malis affectum Noluisse canere supra fide est. Daphnem à Flumine Ladone Procreatam Nioben in Saxa Conversam Incredibile est Minervam ex Cerebro Jovis Prodigisse.

Quid est Impossibile.

Quod nullo modo fieri potest per Naturam, neq per Vires Corporis, fortunae, et ingenii: Ut Impossibile fuit Icarum applicatis pennis cereis per aera Volasse.

Pr. Athlantem Cœlum humeris sustinuisse Impossibile erat Stentorem quinquaginta alios sermone superasse sonoq. Zogicus simpliciter negabit illud quod impossibile est. Orator autem potest exagerare sententiam contrariam et huius veritatem; Verb. Grat: Si adversarius dixerit; Illanus violentas sibi ipsi inferre licitum est, summere poterimus oppositam sententiam: sibi ipsi inferre manus violentas prohibitum est, simulq. dicemus quanta sit authoritas Legis Divinæ, et præsertim huius Legis de homicidiis, quam Deus ipse toties promulgavit, tam graves constituerit pœnas, ne homicidia fierent, idq. propter singularem erga humanum genus amorem Pr. Addacentur pœnæ Divinæ homicidiis. Tum adferantur Leges humanæ. Pr. Exempla suppliciorum. Demum concludatur adversarii ipsam sententiam non esse ferendam.

Quid est Inconsequens seu non Coherens?

Non Coherens alias repugnans vel Inconsequens est illud, quod secum non cocheret nec ullo naturæ vinculo est connexum et vocatur apud Dialecticos mala consequentia: ut Dies est ergo terra volat, quercus arbor est ergo ex luto fiet Aurum. Probatur autem Inconsequens ex absurdi ostensione. Est autem absurdum cum Contraria nec satis secum, nec cum ratione Coherenda dicuntur: ut si dicas cum prodidisse Patriam qui eam defendit, et eum bonum esse Patrem Familias qui maximus vini patator.

Quid est Indecorum?

Indecorum seu turpe vel inhonestum est, quod repugnat sive Conditioni Personæ, sive legibus sive Pietati sive etiam honestati. Unde Indecorum seu Inhonestum est quod ex quatuor locis deducitur: Primus est Personæ, secundus Legum, tertius.

Tertius Impietatis. Quartus Infamiae

Personae Locus ex quo Indecorum summitur est, cum quid ab aliquo fieri vel factum esse dicitur, quod Personam eius non decebat quodque contra Conditionem et dignitatem Personae est. Ut Apollinem Admeto servire.

Legum Locus ex quo summitur Indecorum est, cum id adfertur quod Legibus non consentit, et Moribus Civitatis repugnat. Ut Laconem Clipeum abiicere.

Impietatis Locus ex quo summitur indecorum est, dum aliquid impium impieque gestum ostenditur. Impium autem est vel erga Deum, vel erga Parentes, vel erga Patriam, Liberos, Cognatos, Necessarios, aut eos qui nobis loco parentum sunt.

Infamiae Locus ex quo Indecorum summitur est, Quando illud ab aliquo dicitur aut fit, quod dedecus aut Infamiam adfert, malamque apud homines Existimationem parit: ut si quis vitam furto sustinere bonum esse dixerit aut alea dilectare voluerit.

Quid est Inutile.

Quod opponitur Utili, cum res aliqua Narrata Inneptissima esse dicitur, quae nulli Usui vel emolumento sit futura, Ut Paterna bona dilapidare, cum malis conversari.

Nota Inutilia illa dici quae sunt Inhonesta, non iucunda, non Lucrosa, quae neque efficiant neque adiuvant, neque augent etc. Publica bona vel Privata, quae sunt non facilia, non necessaria, turpia iniuconda, molesta, damnosa noxia etc.

Conclusio non ponitur ab Authore inter Capita Refutationis quod illa facile possit inferri ex praecedentibus dictis; vel etiam quod toties dictum sit de ea conficienda in aliis praeexercitamentis. et adhuc in aliis locis dicetur.

Quae est Virtus Refutationis?

Maxima; Etenim omnibus instrumentis Rhetoricis opus habet, quandoquidem tota spes vincenda ratioque persuadendi posita est in Confirmatione atque Refutatione

Nam dli argumenta nostra exposuerimus contra autem solueremus, muneri oratorio tum temporis satis faciemus

Exemplum Refutationis ex Historia Sallustii de Coniuratione Catilinae desumptum.

Ex Oratione Caesaris quâ Caius Caesar Julius Confutat Sententiam Sylani qui suadebat absq mora enecandos esse Coniuratores.

Exordium — In verbis primis ibi videlicet ibi Pars Prima. — —

Indecorum — Omnes homines Patres conscripti quibus de rebus dubiis consultant &c.

Impossibile — ibi — Sed ea malo dicere. &c.

Expositio — ibi — — — Non si digna poena &c.

Inutile — ibi — — — Plerique eorum qui ante me. &c.

Impossibile cum Inhonesto — ibi — — Sed per Deos Immortales quo illa oratio &c.

Incoseguens — ibi — — Sed aliis alia licentia &c

Impossibile et Inutile — ibi — — Lacedaemonii devictis Atheniensibus &c. — —
— id illa magnum initium cladis fuit &c.

De Confir.

DE CONFIRMATIONE

QVARE REFVTIONĒ SEQVITVR CONFIRMATIONĒ.

Quia inter habent affinitatem ut illius Cognitio ex alterius Cognitione dependat, sunt enim inter Contraria: Contrariorum autem una eademq est ratio atq disciplina, unde et materiam et Tractationem Communem habent.

QVOT VIDENDA PRÆCIPIT AVTHOR CIRCA CONFIRMATIONĒ.

Quatuor.
- Primo Quid sit Confirmatio
- Secundo Quarum rerum seu quæ materia sit Confirmationis.
- Tertio Quod et quibus Capitibus tractetur.
- Quarto Quæ vis sit illius.

QVID EST CONFIRMATIO

Κατασκευὴ ἐστὶ προκειμένου τινὸς βεβαιώσεις πράγματος.

Confirmatio est Propositi cuiusq negotio probatio. vel aliter Confirmatio est oratio quæ rei propositæ facit fidem aut rem ita se habere ut dicitur Argumentis ostendit.

QVARVM RERV̄ FIT CŌFIRMATIO.

Earum quarum et Refutatio: Nimirum rerum nec omnino Veravum, nec omnino Falsarum, sed Probabilium; quae Utramq in Partem tum Affirmantem quam Negantem tractari possit ex Historiis vel Fabulis depromptae.

QVOT ET QVÆ SV̄T CAPITA QVIB. TRACTATVR CŌFIRMATIO.

Tot et eadem q sunt Refutationis sed omnia Contraria praeter Expositionem

Εὐφημία τοῦ φήσαντος Laudatio eius qui dixit

Τοῦ πράγματος ἔκθεσις Negotii Expositio

Το' σαφὲς Perspicuum

Το' πιθανον Credibile

Το' δυνατον Possibile

Το' ἀκολουτον Consequens

Το' πρεπον Decorum

Το συμφέρον Vtile.

Et sunt Numero octo.

Prima pars seu Primum Caput Confirmationis est Laudatio quae instituetur in hunc modum: si fiet per praedicationem et laudem Authoris eius rei quam Confirmandam suscepimus, quod autem eodem plane modo qui propositus est in Chria videlicet a dotibus animi, officio, scriptis, Dictis, Factis, vel a laude eius rei quam Confirmamus, et ab Utilitate, necessitate, dignitate, et honestate.

Secunda pars Expositio: de in Refutatione et in Narratione dictum est, quia eadem Expositionis Ubique praecepta.

Tertia Perspicuum sive Manifestum, si Authores Narrationis alicuius, vel Testimonia vel Argumenta, vel Signa, vel Coniecturas ad probandum adducamus

Quarta Credibile seu Verisimile, quod efficitur si Personis, si Temporibus, si Locis, ceterisque de quibus in Narratione dictum est Consentient.

Quinta pars Possibile quod opponitur Impossibili, si rem Propositam fieri posse in rerum Natura declaramus Argumentis a quatuor Generibus Causarum Sumptis; a Materiali, Formali Efficiente et Finali Item a loco et Specie.

Sexta Consequens, quod opponitur non Coherenti, si rem a nobis Expositam demonstremus, Argumentis Sumptis ex Locis Dialecticis scilicet a Definitione, Genere, Specie;

Septima Honestum sive Decorum si ostendamus ex hac re quam Comprobamus multi honestati in aliquot genus hominum redundare.

Octava Utile si comprobemus rem Expositam, vel ad commodum animi, vel ad commodum Corporis, vel ad Commodum Fortunae spectare posse.

Hic adnectitur Epilogus qui continet in se complexionem eorum brevissimam quae in progressu ipsius probationis tractata fuerant, quae ad laudem quoque et commendationem Authoris referri debeant.

Notandum autem est non semper istos omnes locos necesse est poni tam in Confirmationibus quam in Refutationibus, sed etiam aliquando quosdam omittendos esse.

In conclusione Confirmationis brevissima laus eorum instituenda est, quae confirmamus.

Quae est Virtus Confirmationis.

Ea vel maxima; si recta argumentorum Dispositio fuerit: nulla enim ars in Confirmando eluceret, si Capita non ordine sed confuse tractata fuerint. Unde quicunque cum laude tractationem confirmationis expedire eam iuxta praecepta Aphthonii faciat.

Exemplum Refutationis ex Cornelio Severo.

Nam sunt Verissimilia quae de Athna dicuntur à Poetis

Haec est mendosae vulgata licentia famae.
Vatibus ingenuum est hinc auget nobile crimen
Plurima pars scenae verum et fallatia vates
Sub terra nigros viderunt crimina manes
Atque inter cineres Ditis pallantia regna
Mentiti vates Stygias Undas canesque
Quicquid et interius falsi sibi conscia est
Non est terra satis speculantur Numina Divum
Nec metuunt oculos alieno admittere caelo.

Norunt bella Deum norunt abscondita nobis
Coniugia et quando falsa sub imagine peccent.

Expositio Principio ne quem capiat Pallatia Vatum
Sedes esse Dei tumulisq ad faucibus ignem
Vulcani ruere, et clausis resonare cavernis
Testinantes opus.

Ab Indecoro. — — non est tam sordida Divis
Cura, neq extremas has est demittere in ortes

Ab Incerto Illic Cyclopeas memorat fornacibus usos.

Exemplum Confirmationis.

Laudatio Verisimile esse Ulissem ad Circem veneficam cum Sociis accessisse et illos quidem pocula infecta veneficiis exhaurisse Ulissem vero abstinuisse.

Per augustus ille Scientiarum ingeniorumq fons Homerus et humanae terminus admirationis, quem Antiquitas venerando, ore patulo profundentem sapientiam ita repraesentavit, ut defluentes illius ab ore liquores et flores in Canistris et amphoris colligerent Philosophi, Jurisconsulti, Oratores Astrologi, Poetae Medici Pictores, cum in illa aurea sua Iliadon, tanquam in admirabili quadam Arce, quicquid est non urbis huius universae, sed in Universa eruditionis humanae amplitudine excellens, et magnificum expresserit. Nihil tamen si iudicare fuisset mihi Divinius illo suae nobilis industriae penicillo et ad gloriosam Nominis sui immortalitatem, et ad posteritatis memoriam adumbrasse videtur, quam dum sub involucris tabularum, prae

praestantissimam doctrinam ad morum institutionem plurimum conducentem recondidit, inter plurima eiusmodi documenta, non postremum locum sibi vendicat illa de Circe et Ulisse Narratio.

Ponitio Fuisse autem Circem Solis et Pherses Nimphae filiam, foeminam post homines natos forma egregia venefuorum peritissimam, quae Rege cui nupserat veneno sublato, regnoq per scelus occupato, multa nefanda in subditos commisit, Quamobrem Finibus Patriis, pulsa in Italiam profugit, et in Monte Circaeo qui efficacissimis herbis abundabat sedem delegit; Eo tempestate deletus Ulisses, cum humaniter una cum Sociis exceptus esset pata prudenter abstinuit ne forte aliquid detrimenti acciperet, callebat enim optime versutias et artes mulierum, quae vel prudentissimae in fraude agere et irretire possunt Socii nihil de insidiis cogitantes auidius potarunt, haustisq venenis in bestias varii generis conversi sunt.

At vero id aliquis obscurum esse contendet; quasi vero id in controversiam vocari oporteat, in quo tot gravissimi scriptores consentiunt, quid? obscurum ne potest esse alicui, qui vel primis labris Vergilianos latices gustaverit, quod ille in libro 7mo reliquit.

Hinc exaudiri gemitus iraeq Leonum
Vincla resonantum et sera sub nocte rudentum
Setigeriq faces atq in praesepibus ursi.

Quid Ovidius nonne expressissime 19 Metamorphoseon eidem tanquam Echo respondet.

Bisq novem Socios Circaea ad moenia misit
Quae simul attigimus stetimusq in limine tecti.
Mille lupi mistiq lupis ursiq leaeq.

Idem Horatius idem Juvenalis &c. Idem omnes fere antiqui illius ævi
Doctis quasi conspiratione facta testantur quid si quis minus Doctis fabu-
lam esse fidem putet, profecto idem gravissimis Historicorum, Oratorum, Philo-
sophorum testimoniis habeat recusse se. Satis quidem et vel unus Xenophontis
nobilissimi Graecorum Historici auctoritatem de lib. primo memorabilium Socra-
tis Actatis, Historia namq est lux veritatis et magistra vitæ, veruntamen ne oscu-
lo ducendi aperiatur ullus Proverbii: Ora himulo non fauc Deo, Legatur hac de
re Plutarchus in discrimine amici et adulatoris, Videatur Cicero Ultimo libro
de Natura Deorum. Consulatur Macrobius lib. 5 Cap. 8. Saturnaliorum; atq adeo
ipse totius superstitionis humanæ oraculus Aristoteles in libris Moralis disciplinæ
His tot tantisq Scriptoribus et Philosophis qui fidem non habeat egrem esse Calidum
solem lucidum Nivem candidum non approbant.

Credibile

Jam vero si rationem in Cantibus adhibere licet placet; Homines manifesto appa-
ret ullo hominis generum Homines esse bestias, qui intemperantes vino sordo hic illo
vacho pocula exhauriant, quorum alii in Italicum, alii in Luxum, non nulli in pugnam
gloriæ ni fuerem imitantur.

Ab Solem producere homines et credibile, vino deos homo homini gecerat et lib.
gonfissimum verum apud Ethnicos stare potuit, qui dies Planetarum nominis in-
stituerunt, si cogitavi dies solis sata sunt Circa, quis enim solis solum regere pos-
sunt.

Possibile

Quot si rationem adeunt Circen deridant quis, quid obscena ingredimenta, quid
Labiosultates dictum grochulebant, subiect in Italia Planetarum Pallantium, ubi
extinderat, aut sub aquis secant Tertorium: Fuit Campus amandes à nani siculo
Tyrrhenus, ergo Circeii montem adire non potuit qui Illyria, qui Syrtes, qui Scilla
et Charybdim, qui Syrenum Cantus, Aetna Cyclopis domus evaserat. Illaudones
olim inter tantos montes esse abiderant, vt eorum Cassina, non viri Volsicos
prædes nolasse possent, atlantem Paulus Emilius Primus Ligurum superavit, quod
difficultatem asperitatemq montium agnoscet, quid Alpes, quid Pyrenæi Saltus
commemorem, quid loca Quamvis transitu difficillima, tamen humana industria
superavit.

Obiciet aliquis inhonestum fuisse tanto viro ad tam infamem fœminam diuertisse; imo vero eius versutias elusisse honorificentissime extollunt certatim amplissimis verbis illi scriptores vlissem quos supra nominaui sed non extulissent nisi tantam illius prudentiam dexteritatemq perspectam habuissent: Illi credite auditores; Non venit facili tramite gloria præceps arduumq iter adamauit. Expressit hoc luculenter Poeta dum inquit.

Difficile est fateor sed tendit ad ethera virtus
Ardua per præceps gloria vadit iter.

Quid appetitum campos fuisse, pocula contemptisse de illecebris voluptatum tropheum erexisse, parumne vobis ad laudem videtur. Fortiorem Poeta esse agit qui se, quam qui fortissima mœnia vincit, nec virtus altius iro potest. Illagna lucra est cum voluptate, anceps pugna, periculosa dimicatio; Illuit fortes et bellicosi viri cum bestiis et hominibus pugnando, palmam retulerunt, postea quam in certamen voluptatis descenderunt, non secus ac volucres visco detentæ heserunt. Annibal terror fuit nominis Italici, deliciis Campanis ita fractus erat, ut iisdem æternum Proverbium reliquerit: Alexandrum magnum vniversus orbis admiratio, hunc tantum voluptas pro manupio habuit, quin Hercules ipse eidem manus victas dedit.

Quam non mille fera quem non Stenelcius ensis.
Non potuit Juno vincere vicit amor. &c.

Quamobrem nescio vtrum maiorem gloriam ex superatis hostibus vlisses, an vero ex victa voluptate retulerit. Hic apud me est Sapio, hic Alexander, hic Annibal, hic denique Hercules.

Consentaneum profecto erat viro fortissimo, cum alia multa lustrasset, ob ea sapientis nomen obtinuisset, quod multorum hominum mores conspexisset et vrbes, Circem famosam Veneficam adigisse, ut nihil reliquum esset, quod ille rebus in humanis perspectum non haberet.

Vtile

Quod si hoc concedunt Adversarii concedant etiam oportet, non sine magno emolumento hoc illum itineris suscepisse, cognosse mulierem, astutias explorare, fraudes perspexisse, ingenium intellexisse, artes et calidita=tem penetrasse. Neque enim id solum vtile censendum est, quod ad rem humanam accessionem facit. Euchorum mijs eluceat industria; Probus vir ad dignitatem natus, quicquid ad salutem ad laudem ad nominis celebritatem pertinet pro lucro arbitretur.

Conclusio

Quae cum ita se habeant, profecto dubitare non debemus credibilia esse quae nobis a praestantissimo viro relata sunt

Nota Exordia Confirmationis vel Refutationis non solum posse summi ex locis Laudationis vel Vituperationis: sed etiam omnes loci ex quibus sum-muntur Exordia huc pertinebunt. Etenim Confirmatio et Confutatio fines sunt omnis orationis vel tractationis Oratoriae. Omnis enim oratio Politica instituitur probandae vel persuadendae alicuius sententiae nostra causa; Et omnis Confirmatio est oratio Proinde de Exordiis Confirmationis aliqua dicamus, omissis igitur tot Rhetorum commentis et Nominibus, Exordia iuxta gravissimorum Virorum sententiam possunt duci ex 6. fontibus, in primo loco collocari debent ea quae summuntur ab adiunctis, iam autem ta=lium seges vberrima et multiplex; quod enim sunt Genera Personarum, Conditionum, Locorum, Temporum, Causarum, Modorum, in quibus est infinita Varietas, tot etiam nascuntur Exordia.

In Secundo Loco Collocantur ea quae fiunt a Simplici Expositione rei sive Consilii, quod suscepit Orator idque sine fuco et Calamistris: Vt Causa haec agitur contra furem &c. Elis beata Civitas a me commen=datur.

In tertio Loco ponuntur illa quae summuntur ex visceribus rei, hoc est interiori principiis. Vt si quis voluerit vituperare Philippum, ordiri posset ab communi theoremate. Necessarium esse Virtutis laudem et Vitii Vituperationem, quod ex vtroque Civitati non mediocris creetur Vtilitas.

In quarto loco ponuntur ea quae ab Exemplis, Parabolis, Iconibus, Fabulis, Proverbiis, Apophtegmatis Summuntur, quae eo fine adferuntur quod in illis plus inveniatur Pompae et Circuitionis.

In Quinto loco Summitur etiam Exordium ab Invocatione, quale est Exordium Orationis de Corona apud Demosthenem et Ciceronis pro Murena.

In Sexto possunt poni ea quae dicuntur exabrupto, quae ut magis callida sunt et incensa peculiaremque habent modum, ita etiam peculiare merentur locum.

Nota Secundo Partes Exordii nonnulli quatuor asserunt, (quanquam istud ubique non observetur)

Prima Pars Propositio
Secunda ratio Propositionis
Tertio Redditio seu Reflexio
Quarta Comprobatio seu Basis.

Ut patet ex hoc Exemplo Propositio est oratio rem indicans ut neminem vestrum quirites latet, quanta mala Carthagienses propter vectigalium magnitudinem patiuntur.

Ratio Propositionis. Neque enim res ita parva est ut latere possit

Reflexio seu Redditio. Vos autem decet Quirites pro gloria et laude vestri Dominis tributa miseris diminuere

Comprobatio seu Basis. Est cum Reflexionis seu redditionis nec= cogantur tantam calamitatem expediri, ut et filios quos genuerunt in perpetuam reddant servitutem

Nota Tertio. Finem Exordii esse hunc, ut in eo benevolum, attentum et docilem faciamque auditorem, non tamen his Partibus singulis non debetur in Exordiis locus.

Benevolus igitur Auditor efficitur quatuor modis: Primo a Persona nostra; Secundo a Persona Adversarii Tertio a Persona Auditoris, Quarto, á re vel negotio Praesenti.

Per Personam nostram intelligitur Orator et reus homo de quo dicturus est Orator;

Per Personam Adversarii is qui a nobis dissentit, vel nos ab illo

In Persona igitur Oratoris spectatur Modestia Officium, Necessitas Publica, Utilitas, Aequitas et id maxime in iudiciis.

In Persona Clientis Nobilitas, Innocentia, Virtus Eruditio. Promerita in Rem=publicam.

In Adversariis Odium. Crudelitas, Perfidia Malitia Intemperantia Amentia Barbaries Divitiae Affinitates Eloquentia &c. Haec ad Genus Iudiciale pertinet.

In rebus spectatur Locus Tempus, Opinio, Fama, Expectatio Vulgi Admiratio, Invocatio Diverso, Abominatio, Exemplum inopinatum

Attentio conciliatur hunc in Modum; Si Orator dicat se dicturum de rebus magnis, Novis Praeclaris. Incredibilibus, Inusitatis Terribilibus, Illustribus, Difficillibus, Fructuosis, Iucundis, Autoribus Utilibus.

Docilitatis Partes sunt Distributio Brevitas Vade in tractationem omnia ut plurimum debent esse mediocria et modesta.

DE LOCO COMMVNI.

Quare Locus Communis sequitur Confirmationem.

Quia locus Communis nihil aliud est quam rei alicuius Confirmatae aut Refutatae amplificatio. Cum igitur docuisset Author quomodo res magnaeque Confirmanda aut Refutanda sit Ordo Doctrinae Videbatur postulare quomodo eadem res Confirmata aut Refutata, amplificari possit quod in Progymnasmate praestat. Vade Iure merito locus communis

post duo illa Progymnasmata subsequitur

Quot sunt quae de Loco Communi tractat Aphthonius?

Quatuor.
- Primo quid sit Locus Communis
- Secundo quas appellationes habeat.
- Tertio quo differat ab aliis Progymnasmatibus.
- Quarto quae Tractatio.

Quid est Locus Communis?

Κοινὸς τόπος ἐστὶ λόγος αὐξητικὸς τῶν προσόντων τινὶ καλῶν ἐπικακῶν. id est Locus Communis est oratio amplificans quae alicui Personae insunt sive bona sive mala — aliter. — —

Loci Communes nihil aliud sunt quam maiores ratiocinationum propositiones ut quae in Proditorem, in Veneficum Sicarium dicuntur Verbi gratia, si voluerimus aliquem damnandum ostendemus esse vel veneficum vel Proditorem etc. Hoc ubi explicaverimus nihil deerit Ratiocinationi nisi Propositio maior Verbi gratia. Proditor est damnandus.

N. Loci Communes sunt ij qui ex illis rebus summantur quae fere in usum rerum humanarum et literarum cadunt: Ut Fortuna, opes, Honores, Vita, mors, Virtus. Prudentia, Justitia, Liberalitas, Temperantia, et his Contraria.

N. Ij quibus Defensor et Accusator in diversis Causis uti possunt sed tamen cum hoc discrimine, quia Accusatoris Locus Communis debet augere peccati atrocitatem, et dicere malorum non oportere misceri.

Defensoris vero Locus Communis misericordiam Captare et obiecta Crimina communia extenuare.

Instabis contra

Instabis contra Definitionem Loci Communis: Laudatio extollit bona Vituperatio extollit mala. Ergo Locus Communis idem est cum Laudatione et Vituperatione. Respondetur Quod Laudatio vel Vituperatio bona vel mala extollit ea quae sunt ignota et Locus Communis, Extollit ea quae sunt nota.

Quottuplex est Loc. Com.

Duplex Alius Simplex quando Virtutem vel aliquid Vitium sine ullis circumstantiis exageramus verb. gratia. Si contra intemperantem ~~Imperatorem~~ Sacrilegum Locum Communem extruens, is dicetur Simplex Locus Communis.

Alius est coniunctus, quando Vitium vel Virtutem amplificamus cum Circumstantiis Personae officii ~~in~~ Genere, Verb. Gra. Si locum Communem instituas contra Imperatorem intemperantem, contra Foeminam Tirannicidam

Item. Locus Communis earum rerum quas continet, potest esse duplex:

Alius qui de bonis rebus tractat ut de Pietate Iustitia Sapientia. &c

Alius qui malas res subsequitur ut Impietatem iniustitiam. &c.

Quare dicuntur Loci Communes?

Quia licet contra hunc aut illum dici videantur, in holominus ad Universos criminis authores referuntur: Ut si quis voluerit detegere Tirannidem Tallaridis, Mesontii, Dionisii, aut Neronis, instituet Locum Communem de Tirannide, qui non solum illis praedictis Personis accomodabitur, sed omnibus illis quicunque Tirannidem exercuere. Sit etiam si de eloquentia aliquis locum Communem instituat, conveniet non solum Demostheni. Ciceroni sed etiam omnibus quicunque Eloquentissimi fuere.

Quare Locus Communis dicitur oratio Argumentationis?

Quia per Locum Communem amplificamus vel augemus virtutes quae bonis, vel crimina quae malis sceleratisq insunt, Unde in illis per conquestionem misericordiam Captamq, in His vero atrocitatem peccati exageramus

Nota atrocitatem peccati exagerari hisce locis. Primo ab authoritate si dixerimq quam graviter Deum offenderit vel proximum laeserit.

Secundo. Si considerabimus res de quibus criminamur, ad quos spectant, an ad omnes, an ad Superiores, an ad Pares Nam si ad omnes atrocissimum est, si ad Superiores tanto gravius quam ad Pares.

Tertio. Si ostenderimus quid sit futurum, quae mala consecutura, si impunitum fuerit hoc facinus

Quarto Si ostenderimus. quod si huic remissum fuerit plurimos promptiores ad maleficia futuros.

Quinto Si dixerimus. Si semel aliter iudicatum fuerit, nullam rem fore, quae huic incommodo mederi, aut erratum iudicium corrigere possit.

Sexto Si ostenderimus eum consulto fecisse

Septimo Si peccatorum comparatione usi fuerimus.

Misericordia potest captari his modis.

Primo Si ostendemus in quibus fortunis fuimus, modo autem in quibus sumus constituti malis.

Secundo si nos sub eorum Potestatem subijciemus quorum misericordiâ captabimus.

Tertio si aperiemus, quod nostris Parentibus, q. liberis &c. laturum sit propter nostras calamitates.

Quarto. Si aperiemus de Clementia, humanitate, misericordia nostra quâ in alios usi sumus.

Quinto si nos semper aut diu in malis fuisse ostenderimus.

Sexto si nostrum fatum aut Fortunam conqueremur.

Septimo si animum nostrum fortem Patientem incommodorum ostendemus.

Nata in Commiseratione videndum esse ne longa sit, nihil enim citius lacrima alescit.

Quare Author dicit Locos Communes similes esse Deph terologiæ.

Quia loco secundo tractantur, quod videantur tenere quasi secundas vices. Ubi enim Author ipsum factum sive honestum sive inhonestum argumentis et rationibus ostenderit post ad aliud factum exagerandum et amplificandum redit. Nam ubi aliq ostenderit Egestum fuisse adulterum, mox deinde facit exagerationem quantum scelus sit adulterium. Et hic est Locus Communis.

Quo differunt Cetera Progymnasmata á Loco Comi.

Eo; quia aliorum sunt diversi fines et officia; Huius vero proprium qt

rem magnam grauiter et ornate ostendere, tum verbis tum sententiis excellentibus, aut contra paruam et exiguam. Ponitur instar Corronidis cuiusdam et conclusionis illationis eorum quae dicta sunt. quae rationibus probata ultimo solent adhiberi.

Cum Thesi autem licet habeat magnam similitudinem nihilominus tamen hoc interest inter ea discrimen, quia Locus Communis ad amplificandum et augendum assumitur; Thesis vero ad explicandum et probandum, sive ut inquit Prisciano Locus Communis est coniunctae et manifestae rei exageratio.

Qua Methodo tractatur ab Authore Locus Communis. Tractandi illius adferuntur capita Tredecim.

Πρόοιμιον — Proemium.
Εναντιον — Contrarium
Ἔκθεσις — Expositio
Σύγκρισις — Comparatio
Γνώμη — Sententia
Παρέκβασις — Concentaralis digressio
Ἔλεου ἐκβολη — Misericordiae exclusio
Νόμιμον — Legitimum
Δίκαιον — Iustum
Συμφερον — Itile
Δύνατον — Possibile
Εὔθυρον — Honestum
Εκβησομενον — Euenturum.

Quid est Exordium.

Est initium Orationis, in quo aditus honestus ad rem, de qua verba facturi sumus paratur, et animus auditoris ad persuadendum disponitur.

Vbi notandum, quanquam in eo Genere, vbi Locus Communis tractatur exordendi gratia debeat poni Exordium, illud autem est liberrimum, vt vnde cunq incipere liceat, tamen diligenter est videndum vt tale principium detur, quo aptus sit aditus ad rem de qua dicturi sumus. Exordium ergo summetur ab effectu aliquo vel a querela a gratulatione studio, officio, ab insigni aliqua laude aut vituperatione

Jam autem Locus Communis dum tractatur ab Authore oratore in oratione non debet poni Exordium.

Quid est Contrarium seu Quantitas?

Est Locus in quo ostenditur rei magnitudo et grauitas, vel paruitas, vel Tenuitas, Magnum est in quo plurimum est Dignitatis, honestatis, Virtutum, Aequitatis morum laudabilium &c. Aut contra Vitiorum, turpitudinis &c. Paruum in quo exiguum horum est, aut nihil.

Tractatur Quantitas duobus modis; Aut simpliciter, quoties ex his quae magnam rem praestant ipsam talem statim esse ostendimus.

Aut per Contrarium cum per opposita, oppositae rei magnitudinem explicamus.

Vt Cic. dicturus magnum esse Crimen Paridicii, exponit hoc per contraria inquiens: Magna est vis humanitatis; Multum valet coniunctio Sanguinis; Reclamitat istis suspitionibus ipsa natura. Hinc intelligi potest; quare Contrarium recentiores appellarunt Quantitatem, parti enim totius nomen dederant. Contrarium pars Quantitatis, quamobrem quantitas latior est quam Contrarium.

Quid est Expositio seu Finitio.

In qua Partes et Adiuncta, tum rei natura et vis explicatur. Efficitur autem duobus Modis; aut exponendo quid sit id de quo queritur. Ut Cic. in Nilonia ni Locum Communem de Lege natura digreditur per definitionem quae quid sit res declarat. Est enim Iudices haec non scripta sed nata lex, quam non accepimus, legimus, sed a natura ipsa expressimus hausimus &c.
Aut Nomina et Epitheta rei imponendo, ut Demosthenes contra Proditores per Epitheta Locum Communem tractat, Homines scelerati, et vani, et execrandi, qui Patriae libertatem hostibus propinarunt, Primum quidem Philippo, deinde Alexandro felicitate ventre atq obscenitate metientes.

Quid est Comparatio?

In qua rei cum re, facti cum facto fit contentio. Vel Comparatio est, ipsius vitii de quo agit collatio cum altero aliquo alio vitio, vel, a pari, vel a minori. Verbi gratia. Grave peccatum est eripere alicui vitam, at gravius est eripere pudicitiam quia hinc quasi necatur animus hinc corpus.

Quid est Sententia?

Sententia quam Veteres vocarunt quod animo sensissent, definitur Ethymologia ipsa sic. Est per quam aperimus, quo animo vel rationis impulsu, et quibus consiliis reus ad maleficium accesserit, vel contra, quo animo bonus vir praeclari aliquid gesserit. Sententia ergo vel maxime consilium mente conceptum et voluntatem significat; Unde hic non est intelligendum dictum sententiosum, sed consilium intentio, voluntas, huius Personae de qua agimus et de cuius vitio. Ver. gra-

Quod consilium sit impudici quae intentio: Scilicet pudicissimas matronas, turpissime et flagitiosissime in crimen atrox vocare, omnes modos ad id efficiendum pertentare, vi demum in sacram castimoniam irruere, omnia casta pollutae facere.

Quid est Coniecturalis digressio?

Per quam infertur aliquid per modum bonae consecutionis: Ver. gra. Incontinens et impudicus est. ergo signum est quod ipsius pueritia non fuerit arcta custodia munita, et quod peiores annos turpia loquendo audiendo eandem exegerit

Quid est Misericordiae Exclusio? Affectus

In qua Judices omnino urgemus, ut sine omni misericordia vel muliebri dementia, poenas in talem facinorosum distringant, neque eius miserabili habitu permoveantur: Ver Gra. Incontinentes poenis mulctandos esse, quia nisi hoc fiet, futurum est ut Judicium etiam ipsorum familia non sit omnino tuta futura.

Quid est Legitimum?

Quod Divinae aut Humanae Legi est consentaneum, de quo lex aliqua est promulgata aut prolata, Consuetudines etiam et mores legum authoritatem habent, in iis rebus de quibus res expressa non extat.

Quid est Justum?

Quod vis Naturae ita fieri iubet. Est autem vis naturae ratio summa a natura insita, quae iubet ea quae facienda sunt prohibetque contraria; et sic iustum est sese defendere Deum colere, Parentes honorare et similia, quae nobis natura ipsa percipere videtur.

Quid est Vtile quid Possibile quid Honestum?

Vtile est quae vtilitatem aliquam secum tractat; Possibile quod citra magnam difficultatem effici potest; Honestum autem quod virtutes subiectas habet.

Quid est Euenturum seu Euentus?

Quod indicat quid futurum sit: quantum nimirum boni aut mali secuturum sit ex illa re de qua dicimus. Ver. Gra. Si adulterio dicatur propter nobilitatem parcite Iudices; Nos percontabimur quantum periculorum putent euenturum, si crimen rei neglexerint.

Additur et Conclusio, in qua execrabimur scelus, aut virtutem admirabimur, atq illud merito supplicio, hanc magnis praemiis dignandum esse censebimus

Exempla locorum communium vt ad propositum nostrum pertineant, licet habentur in omnibus fere Epilogis Orationum Ciceronianarum et aliquo modo in Confirmationibus, etiam si non per omnia capita tractentur, tamen vnum ex Rosciana Ciceronis in Confirmatione positum subiiciemus.

Exemplum e Confirmatione Pro Sexto Roscio

Genus facti Parricidium ostenditur Per Locum Commune a Cicerone.

Is autem progreditur Capitibus.

Quantitas est tractata à Contrario Magna est vis humanitatis, multum valet communio sanguinis, reclamitat istius modi suspitionibus ipsa natura. Finitio cum comparatione iuncta. Portendum atq monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie et figura, qui tantum humanitate bestias

vicerit

et propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit eosdem indignissime luce privavit; cum etiam feras inter sese partus, et Educatio, et natura, ipsa conciliet.

Coniectura Exemplo duplici amplificata. Non ita multis ante annis avit vitam Caelium quendam Terracinensem hominem non obscurum, cum cenatus cultum in idem conclave cum duobus adolescentibus filiis esset, inventum esse mane iugulatum, cum neq servus quisquam reperiretur, neq liber ad quem ea suspicio pertineret. Id aetatis autem duo filii propter cubantes ne sensisse quidem se dicerent. Nomina filiorum de Parricidio delata sunt. Quod postea erat sane suspiciosum neutrum sensisset, ausum tamen esse quenquam se in id conclave committere, eo potissimum tempore cum ibidem essent duo adolescentes filii, qui et sentire, et defendere facile possent. Erat pro nemo in quem ea suspicio conveniret. Tamen cum planum iudicibus esset factum, aperto hostio dormientes eos repertos esse, iudicio absoluti adolescentes, et suspicione omni absoluti sunt liberatiq. Nemo enim putabat quenquam esse, qui cum omnia Divina et humana iura scelere nefario potuisset, somnum statim capere potuisset. Propterea quod qui tantum facinus commiserunt non modo sine cura quiescere sed ne spirare quidem sine metu possunt.

Digressio sive Continentia. Scelestum Dii immortales ac nefarium facinus atq eiusmodi quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. Hoc magnitudo maleficii facit, ut nisi pene manifestum parricidium proferatur credibile non sit; nisi turpis adolescentia, nisi omnibus flagitiis vita coinquinata, nisi sumptus effusi cum opprobrio atq dedecore, nisi propriam audacia, nisi tanta temeritas ut non procul abhorreat ab insania. Accedat huc oportet odium Parentis, animadversionis Paternae metus, amici improbi, servi conscii, tempus idoneum, locus oportunus aptus ad eam rem, pene etiam inspersas manus sanguine Paterno iudices videant oportet, si tantum facinus, tam immane, tam acerbum crudituri sint.

Exemplum Loci Communis per omnia Capita tractatum videndum est in alio loco.

DE ENCOMIO

QVARE LOCVM COMVNE SVBSEQVITVR ENCOMIV.

Propter summam quam cum eo habet affinitatem; Nam quemadmodum in Loco Communi bona amplificantur, ita quoq in Encomio eadem cum amplificatione laudari docentur; nisi quod in Loco Communi amplificatio bonorum ad plures referri possit. in Encomio autem ad vnum duntaxat refertur.

QVOT SVT QVÆ DE ENCOMIO PRÆCIPIVNTVR.

Primo quid sit.
Secundo Vnde dicatur.
Tertio Quo ab aliis sibi cognatis differat.
Quarto Quæ sit eius materia
Quinto Quæ Diuisio
Sexto Quæ tractatio

QVID EST ENCOMIV SEV LAVDATIO

Ἐγκώμιόν ἐστι λόγος ἐκδεδομένος τῶν προσόντων τινὶ καλῶν. id

Laudatio seu Encomium est oratio exarata bona quod alicui rei insunt. Alii talem cuius definitionem adferunt. Laudatio est Exornatio hominum quod alicui inesse possunt vel communiter. vt cuius hominis, vel priuatim vt cuius Ciuis. Deo à Cicerone Oratio exornata; Premium enim cuius est ambitiosa et exornans. Amplificationis autem sunt duæ Partes: Locus Communis et Comparatio, quarum vna pars in Laudatione tanquam in toto concludi hinc alius aliud est Laudatio quam hæc rejectis Locis communis quatuor necesse est fieri amplificationem.

VNDE DICITVR ENCOMIV

Veteres Gentes Deos habuit consuetudo vt certis festinitatibus omnes in vnum locum conuenirent; vt eorum animi vel præcepiorily sapientum, vel fortium emulatione inflammarentur. alij exoleuerint vel Ludorum celebritatibus laxarentur. Itaq; illi tum Poetæ, tum Oratores, tum Historici suas recitabant lucubrationes, ad quas audiendas multa diluculo, vel à Tragicis vel à Comicis. Hinc conuentuales Græci πανήγυρεις ὅτι πάντας ἀγείρειν quia omnes congregabantur. Etymologia est originis ἀγύρεις ab ἀγυρέω id est congrego et ἄγορα additio πάν quod Vniuersitatem significat, vt πανήγυρις hoc est omnium congregatio, hoc fiebat in solius Gentis celebritate. Πανηγύρεις etiam dicitur mercatus. ἀπὸ τὸ πάντα ἀγορεύειν id est omnibus rebus mercandis, hinc πανηγυρίζειν modo mundinari modo celebrare dicunt. Ex eo Panegyrici dicti sunt Sermones qui in conventu populi et sacris celebritatibus habentur: quales sunt quibus Diui Imperatores laudantur. Habuerunt veteres alios per singulas ciuitates certis temporibus conuenticula, quod similitudinem illorum mercatorum præferebant, hos appellabant Encomia. quod ἐν ταῖς κώμαις id est in vicis subitis audientij, laudes alicuius recitabantur ἐν enim significat in, κῶμαι vicum vbi antiqitus, hinc Encomium ἔγκωμιον ἐκ τοῦ κώμου λόγος id est vicinis habitus sermo, Est igitur Encomium panilla Panegyris.

QVO DIFFERT ENCOMIV̄ AB HYM̄O et AB EPÆNO

Ab Hymno quidem differt materia, ab Epæno forma. Quia hymnus consummitur in Deorum celebritate, cantabantur enim hymni ad Aras Deorum. Encomium vero est mortalium.

Unde Encomium est nec brevis nec simplex oratio, sed longissime procedens, figuris et Numeris ornata certis divisa partibus, locis digesta suis, secundum enim artem Rhetoricæ profertur. Epænos autem seu laus paucis verbis profertur.

Quo denique differt Encomium seu Laudatio ab Collaudatione?

Eo, quia Laudatio Generalem finem spectat, ut homines excitetur ad similia. Collaudatio Specialem, ut is qui collaudatur sui ipsius in posterum dissimilis non existat, imo maior atque clarior esse contendat. Unde Collaudatio est præsentium iam autem Laudatio etiam absentium ut mortuorum.

Secundo Quia Collaudans collaudat eum qui est sub sua potestate, Laudatio etiam superiores deprædicare solet.

Tertio. Quia Laudatio potest esse cuiusque rei. Collaudatio vero Personæ tantum post perfectionem alicuius operis strenuam.

Epinition Trophæum pertinent ne ad Laudationes?

Pertinent quidem sed tamen habent aliquid proprium quo constituantur, et tum ab aliis, tum à se invicem separentur. Epinition enim est Laudatio Personarum militarium post victoriam partam.

Trophæum vero est munimentum positum, unde hostes in fugam sunt versi. Trophi enim fuga hostium à Græcis dicitur, Trophæa etiam spolia capta ex hostibus fixa stipitibus.

Nota Commendationem vicinam esse Collaudationi, quia ut in Collaudatione propter aliquid cum virtute coniunctum, aliquem collaudare solemus; ita in Commendatione meminimus virtutum ob quas aliquem commendamus. Attamen hæc duo inter se discernunt. Commendatio enim laudat ut gratam reddat Personam ei cui commendatur propter utilitatem illius ipsius personæ quæ commendatur. Quem Scopum neque Laudatio neque collaudatio considerat.

Quæ est materia

QVÆ EST MATERIA LAVDATIONIS.

Materiam laudationis Aristoteles in Rethoricis in honesto seu pulchro collocat, nimirum in ijs quæ laudem merentur ad honestum bonum pertinentibus. Porro Laus non modo ad Deum et ad hominem pertinet, sed etiam ad res inanimatas tam ad animatas omni ratione et intellectu destitutas. Sic Muscam laudavit Lucianus apes Virgilius, Psittacum Ovidius, Formicam et Lusciniam Plinius, Quartanam Febrim Favorinus, Glaucus apud Platonem Iniustitiam, Picus Mirandulana, barbariem, Erasmus Stultitiam, Maioragius Lutum, Turnerus Ebrietatem, Ericius Putamus Ovum.

Laudatio tamen Personarum præcipuum Locum apud Oratores obtinet, quia Deus et Angeli laude humana sufficienter nunquam celebrari possunt. Jam autem quomodo à Persona hominis laus desumi debeat videndum est

Homo ergo laudari potest.

Primo a naturæ humanæ conditione, quæ ratione originis Cœlestis est, ut non immerito Ovidius dicat

Pronaq cum spectent animalia cætera vultum
Os hominis sublime dedit cœlumq tueri.
Jussit, et erectos ad sydera tollere vultus.

Tum quod sit ultimum opus Dei ad imaginem et similitudinem ipsius factum quod perfectâ totius machina mundi præstantissimum in mundo collocavit.

a Plinio lib 2do naturalis Historiæ

Homo animal cunctis imperans et animalibus omnibus excellens appellatus est
Ab Aristotele, Nobilissimum et altissimum animal vocatus
Ab eodem Philosopho μικροκοσμος id est Parvus mundus, propter omnium rerum quas in se continet perfectiones, sicut, a Platone parvus Deus dicitur. Ex his etiam rebus homo laudari potest, qui cœli hæres futurus est; quod in Deos potestatem habeat homines transmutandi verbi Divini prædicatione. Denique quia Angelicæ custodiæ est traditus.

Quæ sunt adhuc consideranda in Lauditione hominis?

Plato considerare iubet Genus Educationem et res gestas. Quintilianus autem monet considerandum esse Tempus cuius sunt tres differentiæ

Prima est antecedens vitæ eius qui laudatur

Secunda cum ipsius vita hominis qui laudatur iuncta

Tertia Quæ sint subsecuta mortem illius qui laudatur.

In tempore Antecedenti vitam consideranda sunt hæc: Patria Parentes Maiores, seu Gens ipsa in qua natus est

4. Si quæ Diuinitus illi antequam natus est acciderunt; ut quia signo aliquo præcedente ortus est, et vitæ illius claritas indicata fuit, vel per somnium, vel per reuelationem, vel per stellam crinitam, vel per prædicationem alicuius sancti viri, aut Angeli aut ipsius Dei.

Apud Athenicos spectabantur hæc ante ortum Oracula Apollonis Delphici, Iouis Didonæi, aut Ammonis Sibyllarum dictio vel Folia, auspicia siue auguria, tum ex obseruatione rerum aliquarum orti volatu auium dextro vel sinistro futura de aliquo coniiciebantur. Sic Romulus fundamenta Vrbis Romanæ collocans duodecem vultures vidit ex quo coniecit Vrbem fore bellicosam, et multarum Nationum victricem. Prodigia ut quod Olimpiado matri Alexandri dormienti Draco adesse visus est, quod signum nasciturum fuit fortem hominem, hæc vero obseruabantur non solum ante ortum, sed etiamsi in vita euenisset; ut quod Platoni infanti apes in os mella intulerint, hoc etiam de Sancto Ambrosio narrat Historia Ecclesiastica signum hoc Nectareæ et mellisæ eloquentiæ. Quod Midæ paruulo formicæ grana tritici in os coniecerint, significantes eum opulentem fore. Quod seruio Tullo paruulo flamma in cunis vitæ instar circumdederit, fuit hoc indicium Regni.

Responsa Sacerdotum Aruspicum, Coniectorum, quibus fabro-
Solicitatis aut incommodi alios admonent; quod Iulio Cæsari refert Suetonius acciderit,
qui à Spurina Haruspice admonebatur, vt Idus Martias semper caveret,
Apud Ecclesiasticos Christianos similia quotidiana esse solent antiquæ; Multi enim Diuinitus
præmuniuntur, vt Sanctus Joannes Baptista Christus Dominus. &c.

In Tempore quo vixit ex quibus datur. Specimen Educatus Institutis,
studiis eius in adolescentia memorabile, occupationes in iuuenili Statu, Res
gestæ et maxime virtutes &c. Ita. Bona animi, Corporis et fortunæ diuitiarum
multitudo, liberalitas, Nobilitas, Bona existimatio, Honor, Rum bona valetudo, pul-
chritudo, vbera, &c.
Plurimum laudem habuerit cum Grauore et virtute iuncta; Grauis autem ratio lau-
dabilior est, quæ voluptatibus seruit, et quæ plures virtutes et longeuitate bonos nutrierit

In Tempore quo de sepultura Plurimum. Videnda sunt quod asseruerunt
illi, vt dolor multorum de obitu illius sepultura magnificentia, misericordia &c.
Postrema Circumstantiæ quod dum videndi sunt, et Dominis quod nomen Expressit, et,
sic Diuinus Traianum Romani Augusti memoriam exitauit

Secunda Circumstantia est Patriæ, multum enim valet ad laudem. Vnde Pericles
apud Thucydidem laudat eos qui in Peloponnesi bello occubuerunt ex eo quod virtuti
suæ venit Athenis quod Vrbs Graeciæ Scholæ virtutis fuit. &c. in Penultima Phi-
lippica laudat Gentem Martiam ex eo quod a Marte videlicet Romani processerunt

Tertia Circumstantia Cognationis, quod includit Nobilitatem: Vnde Xenophon
Agesilaum commendat quod ad Herculis nobilitatem accessit. &.

Quarta Actatis: Sic Cic. Philippica Tertia commendat Cæsarem adolescentem,
quod memorabili quadam Virtutis imperio cum elysinos Arthurii cohibuerit.
Quinta Bonorum Corporis: Vt Pulchritudo, Sanitas, Robur; de Isocrate
Euagoram commendat, quod in Juuenili ætate, Iustitiæ, modestiæ,

robustus fuerit. Plinius in Panegyrico sic Traianam commendat: Jam firmitas iam proceritas corporis, iam honor capitis, et dignitas oris, ad haec aetatis indeflexa maturitas, nec sine quodam munere Deum ad augendam maiestatem ornata Caesaries.

Sexta Amicorum seu comitum familiarium, nec non consanguineorum: hinc Demosthenes vituperat Philippum, quod nullis viris bonis delectaretur, sed haberet in Aula sua, Latrones, Adulatores, Parasitos, Ebriosos, Saltatores, Cicinatos, et Calamistros Iuvenculos.

Septima Doctrinae seu Disciplinae, quibus studiis, artibus aliquis fuerit deditus. Sic Cicero in Pisoniana, reprehendit Pisonem quod Philodemum Epicureum non bene intellexerit, Salustius reprehendit Cathilinam, quod magis voluptati quam literarum disciplinae esse dederit.

Octava Studiorum seu vitae rationis videlicet qualem vitam egit, Privatus ne an in Magistratu vixerit, religiosus an secularis.

Nona Occupationum. Sic Plinius in Traiano Reliqua pars inquit diei Tribunali dabatur, ubi vero quanta religio aequitatis quanta legum reverentia adibat aliquis ut Principem, respondebat se Consulem esse.

Decima animi Virtutum, Ut Pudicitiae Fortitudinis Temperantiae &c.

Undecima Rerum gestarum, sic Cic. in Manniliana fase dicit de Pompeii laudibus.

Duodecima Circumstantia Mortis. Unde Cic. laudat in Philipicis Milites ab Antonia caesos et Philipica nona Sulpicium in Legatione mortuum.

Eadem sunt considerandae in Vituperatione sed contrario modo, quod nullam habeat commendationem Generis, quod claris prognatus maioribus, et Urbe nobili, nobilitati suorum natalium non respondent. Notanda sunt quae antecesserunt eius vitam, tanquam praenuncia futurae turpitudinis.

Fortunas quibus vel destitutus fuerit vel male usus. Mortis ratio explicabitur, et quae ad vituperium pertinere videbuntur, adferentur.

Quotuplex est ordo Argumentorum disponendorum in Laudatione?

Cum sufficienter de dictum quod in Oratoria Laudatione, merito queritur quadruplex fuerit datus ordo Argumentorum in Laudatione. Cicero igitur in Partitionibus quintuplicem modum affert

Primus est Cum legimus gradus Temporum aliq Factorum secundum, et primo referuntur ea quae sunt ante hominem quem laudamus del desperamus, vt Genus Patria Predilectiones, aliquid deinde cum exponuntur illa quae ab Educatione pendent Studiis doctrinis fuerit, quos Preceptores habuerit, quomodo adolescentiam transegerit quam Temperate fortiter, iuste, aut prudenter iuventutem traduxerit, quas res gesserit quo tempore. D. Regem hunc possunt quae expectantur in Persona, tum quod circa mortem acciderunt, quam fortiter susceptam sit mors, utrum prodidit Sacram eorum ac cepent. etc. Qui modus Servatus est à Cicerone Philipp. Secunda et prima. Actione in Verrem et Oratione Cluentium cum quo Servauit in Laudatione Stephani, Et hic ordo Historicus, et ac obiecta finem multum Servies et ad Veritatem.

Secundus ordo Cum nulla Temporum habetur ratio, et in re aliqua potam distribuimus rem; Ver. Gra. si prius Fortuna bona explicemus et quod cuique illud Genus bonorum pertinet, vt Nobilitatem, Amicitias quae solent notabiliter Regni felicium esse et Vulgo dicitur multi sunt cognati; liberorum multitudo, Propinqui, affines, qui rempe per matrimonia multorum coniuncti sunt, Diuitiae, Thesaurus, Potentia, Deinde si Corporis bona Corporis, Valetudinem bonam, Figuram, Pulchritudinem, &c. Postea bona animi sunt post carta, vt sunt artes, Scientia, Virtutes, potent etiam Orator pro arbitrio suo aliqua Genere tractare rerum, ad quod laudes et facta eius quem laudat referre. Vide Cicero in Laudatione Pompeii quatuor Capita seu Genera laudis potuit ad quae gesta Pompeii reno cauit Scientiam rei militaris, Virtutem Authoritatem et fortitudinem.

Tertius modus est; Cum a maioribus et grauioribus rebus ad minores Orator ascendit vt Verg. Aeneidos 4to Multa Virtus animi multis grauibus vrgentur

Quartus modus est; Cum a minoribus ad maiora procedit orator, huic ab his quae minus ponderis habent procedit ad grauiora.

Ita Vergilius laudat Didonem.

O Reginam novam cui condere Juppiter Urbem
Justitiamq dedit Gentes frenare superbas.

In reprehensionibus multum ponderis habet iste modus, si a levioribus procedamus. Unde Cic. Verrem exagitans, primo rapinas eius enumerat, postea sacrilegia, tum crudelitatem in Civitate et in Provincijs admissam.

Quintus modus est; quando laudes aliquorum inaequaliter variamus pro arbitrio nostro permiscendo, pro occasione et commoditate, parva magnis, obscura dilucidis, laeta tristibus, incredibilia probabilibus; ut sic variata oratio; pondus et suavitatem praeseferat: sic Cic. dum laudat Pompeium, inter maximas eius virtutes ponit facilitatem in audiendis privatorum miseriis.

QVOT CAPITA TRACTANDÆ LAVDATIONIS DANTVR AB APHTHONIO.

Sex
- Proœmium
- Genus
- Institutio
- Res gestae
- Comparatio et Epilogus

Exordium est liberrimum prout in loco communi unde quisq velit, modo tamen sit accommodatum Argumentis.

Genus deinde subiicitur, in quo uniuscuiusq ortus explicatur, huc referuntur, Patria Maiores Parentes Genus.

Institutio adferatur, in qua rationem et modum Educationis illius quem laudamus consideramus.

Postea res gestae in quibus triplex bonorum Genus investigatur tribus gradibus distinctum.

Tandem comparatio qua id quod laudatur alteri collatum tollatur in maius

Isti sex Modi laudandarum Personarum in duodecem Capita possunt reduci.

Primum est Exordium de quo iam dictum est.

Secundum à Genere; Vbi ostendendum est, an Polonus ille sit quem laudamus, an Italus, an Germanus, &c. observandumq est in hoc loco, quae singula Genera hominum attributa habeant praecipua ex quibus Personae commendari possint.

Tertium à Patria; Hic videndum est an Vrbe an Rure sit aliquis oriundus, quod si aliquis in Vrbe natus fuerit commoda Vrbis adferemq, quod si in Villa Villarum quoq Voluptates et laudes exponemus.

Quartum à Maioribus; Nomine autem maiorum intelliguntur Aui, Ataui, Abaui, Proaui. horum aegregia facinora atq nobilitatem, et Antiquitatem familiae commendabimus.

Quintum à Parentibus; Hic Parentum Virtutes describentur et praeclare gesta, Quod si laudabimus eam Personam quae obscuro loco est nata, iam à maioribus Parentibus laudari non potest, sed dicemus multo laudabilius esse commendari aliquem propriis ornamentis quam alienis.

Sextum ab Educatione; Vbi ostendemus quomodo is quem laudandum suscepimus educatus fuerit, quibus Praeceptoribus Vsus, quibus artibus à teneris Annis imbutus, quibus Virtutibus in iuventute ornatus.

Septimum ab artibus illis quibus maturus floruit; Vnde exponemus eum quem laudamus in Oratoria facultate, in Poesi, Iurisprudentia, Theologia excelluisse.

Octaua à Ratione viuendi; Vbi ostendendum quod Genus vitae sibi delegerit is quem laudamus, an Monasticam siue Solitariam, an Ciuilem seu Secularem.

Nononum à rebus gestis; Exponentur autem Res gestae seruato ordine incipiendo ab illis quae aliquis gessit in Pueritia, et descendendo in illa quae fecit in Senectute.

Decima Comparatio; Vbi comparare debemus Personam quam laudamus cum alia insigni et laude digna Persona, vel par vel superior ostendi debet.

Vndecima Conclusio; In qua brevissime repeti possunt Capita Laudationis ostendendumq, nos impares esse ad exornandas Personae Virtutes, quas ne summi Oratores pro dignitate laudare possunt.

Exempla laudandarum Personarum per multa reperiuntur apud varios Authores, inter quae placuit haec annotare.

Apud Julium Nigronium Genuensem Laudatio Divi Thomae Aquinatis Apud eundem Laudatio Sancti Hiacinti Confessoris Poloni ordinis Praedicatorum. Apud eundem Laudatio Mariae Tullii Ciceronis, et Laudatio Aristothelis. Apud Turnerum Laudatio Divi Joannis Baptistae, apud Vergilium Laudatio Divi Benedicti apud Justinianum Laudatio in 2do Tomo. M. T. Ciceronis in oratio pro M. Marcello, Laus Julii Caesaris in oratione pro Le. Manilia pro Cruento Flacco Cornelii Laus Pompeii.

DE LAVDATIONE FACTORVM

Cum inter res quae laudantur ponantur Facta, Loca, Tempora, Vrbes, Regiones, Insulae Montes, Fluvii, Nemora, bruta animantia, ideoq nos primo de tractatione laudandarum Factorum aliqua dicemus. Laus igitur quae non fuit Personae videlicet Sventiarum Virtutum desumitur primo ab honesto, ostendendo illud rationabiliter non temere aut fortuito factum, quae enim rationabiliter fiunt honesta sunt, vt si quis laudet Diogenes factum quod media in luce accensa homines quesierit, eo quod pecudum more non hominum viventes multos videret. Deinde quod factum sit ex virtute, non libidine petulantia seu Joco, non ostentationis gratia, ambitionis, honoris, Deinde quod sit iuste factum, vt si laudetur Zeleucus Rex quod filio violanti leges oculum eruere iusserit Deinde quia factum est pie in causa pietatis. &c.

Secundo potest laudari factum ab vtili, si ostendatur fructus eius Genti, vel Commonitati, Reipub., Familiae, Posteris, si ostendatur necessitas facti.

Tertio a Difficili nimiram si dicamus omnem difficultatem fuisse superatam ab illo, Vt si laudetur Regulus Atthius, quod fidem fallere hosti noluerit et ad supplicia parata sibi redigerit.

Hac spectat locus à Possibili facili, Referuntur huc Circumstantiae illo versu comprehensae, quis, quid, Vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Quis Personam denotat eiusq adiuncta enumerat

Quid Rem vel factum eiusq Circumstantias magnitudinem ac parvitatem, honestatem an Vtilitatem, an contra

Vbi Locum denotat in quo aliquid est gestum, fuerit ne Publicus an Privatus liber à difficultatibus, an impeditus, sacer an profanus.

Quibus auxiliis significat modum quo res facta est, solus an cum paucis egerit, sua sponte an inductus seu persuasus ab aliquo.

Cur significat Causam propter quam sit aliquid gestum, Privatam Vtilitatem an communem, lucrum et turpem questum an virtutem.

Quomodo idem est cum quibus auxiliis

Quando denotat tempus quo res gesta sit

Exemplum Laudationis Facti ex Cic. libq ad Familiares. Epi. 14.

In qua factum Dolabellae laudat quod statuam et aram Caesari mortuo tanquam Deo erectam demolitus sit, Authoremq facti huius supplicio affecerit.

Primo ab Iucunditate — — ibi. Et si contentus erat mi Dolabella &c

Secundo ab Honesto — — ibi — Deinde multa defecto. &c.

Tertio à Tuto et laudabili — — ibi — Contigit tibi quod aut scio. &c.

Quarto a Facili — — ibi — Hoc sibili fortuna. &c.

Quinto ab Vtili — — ibi — Liberasti igitur et Vrbem. &c.

DE LAVDATIONE BRVTORV̄

Verum bruta Laudem promereantur

Videntur quidem bruta omni genere laudis esse experta, eo quod laus a sola virtute ortum habeat, quia tamen naturale bonum pleraq; sequuntur, et laudabilia quaedam facta instinctu naturali peraguntur, etiam oratoria dictione exornari poterunt. Exemplum sit in laudem Aquilae, haec primo laudari potest a Notatione seu Etimologia Nominis, Dicitur Aquila ab acute videndo ita enim intuitum suum (iuxta Plinium) explicat ut dum supra immobili pœnna in altitudinem aeris summam oculis humanis vix antingibilis se extollit, minutos pisciculos in mari saltitantes conspiciat, et aspectum solis irretorto oculo tueatur, Alii Aquilam dici putant a colore aquilo, qui color fuscus et subniger est. Eadem avis Periphrastice a Latinis Dicitur Regia, Jovis ministra, tonantis famula, flammigera, Avium Regina, quae singula dignitatem ipsius declarant.

Secundo laudari potest a loco in quo nidificat, montes etenim eligit altissimos ab insidiis animantium aliorum liberos, ne aut per serpentes aut alias animantes fœtus suus necaretur, nidum suum quam diu vivit nunquam mutat quae causa iuxta Aristotelem ut diutissima vivat.

Tertio a volatu Sola enim inter aves rectissima via deorsum instar iaculi sese defert neq; in diversam partem inclinatur tum quod sit perniciosissima hinc adactum ortum. Aquila de Nubibus de re quam difficulter assequeris.

Quarto a Virtutis quodam simulacro; Dum enim vexatur a Cornice, eam generose contemnit dissimulando iniuriam ob magnanimitatem quandam altius evolat.

Quinto a Religione quadam Antiquorum; In funeribus enim e pira Regum et Imperatorum emittebantur, veluti animae defuncti Regis in coelum evectura.

Sexto laus summitur ex ratione Augurum; In natali Alexandri Magni Aquilae duae supra Regiam consederunt, omen duplicis Imperii Europae Asiaeque promittentes. Octavio Augusto teste Plinio et Dione in nemore prandenti aquila Panem rapuit eundem delapsa restituit.

DE LAVDATIONE VRBIV̄ aut. CIVITATV̄.

Vrbs Civitas seu oppidum laudari potest a Conditore, a frequentia Civium, a Religione, a literis, a maritio robore, Civium doctrina, Vrbanitate, Concordia, ab Edium magnificentia, a necessariarum rerum facili copia, a salubritate aeris, a fontibus, fluminibus, Hortis propugnaculis. Vergi. lib. 1mo Aene. Laudat Carthaginem. Plinius lib 3tio Cap. 5to Civitatem Romanam Cic. pro Flacco. Athenas et Lacedaemonas Massalium accedunt ad Vrbium laudem, munitiones, Turres, Fossae Valli, Templa eorum ornatus et dignitas, praeeminentiae ut Episcopatus Archiepiscopatus, aquae ductus, Regum Domicilia vel Principum. Praeterea tamen omnibus Vrbs habet commendationem a Personis, quae in aliqua re excellunt, ut ab Artificibus, a rei militaris peritis, a literis, a memorabili aliquo facto commendatis.

Laudatio Syracusarum apud Ciceronem in Verinen. Vrbem Syracusas maximam esse Graecorum Vrbium, pulcherrimam omnium saepe audistis. Nam et situ est tam munito, tam ex omni aditu vel terra vel mari praeclaro ad aspectum, ut Portus habet prope in aedificatione prospectusque vrbis inclusos, quae cum diversos inter aditus habeat in exitu coniunguntur et confluunt, eorum coniunctione pars oppidi quae appellatur Insula mari disiuncta angusto fonte prorsus adiungitur, et continetur.

VNDE LAVDĀTVR REGIONES.

Ex hisce tredecem Capitibus.

Primo ab Antiquitate si originem earum deduxeris: Vt Laudaturus Poloniam dices iuxta quosdam Primos eius Authores Lechū et Cechum, Nepotes vel Dunepotes fuisse Noe, quae sententia quamvis refutetur, a Cromero habet tamen suos Authores. Secundo a Ducibus, si Reges quosvis adduces bellicosissimos ex ordine recenseas: Vt de Polonia si dicas eos qui Regnaverint, quique bella cum hostibus feliciter gesserint

à Lecho Principe nostram usq ætatem recenselis.

Tertio à Situ. Situ; Vbi declarandum est in qua parte orbis posita sit illa Regio quam laudamus: Vt Polonia ad Septentrionem posita est, partem Cœli nec admodum frigidam, nec torridam obtinuit inter Vistulam et Guttalum (quem modo odram vocant) fluuios orientem et Septentrionem versus sese extendit.

Quarto ab amenitate aeris et Clementia; Si aer salubris est neq facile infectiones vllas recipiat: Qualis aer est in Polonia quoniam raro pestis grassatur. Hic vtendum est comparatione cum aliis Regionibus quæ sæpius pestilentia laborant.

Quinto ab Aquis Fluminibus, Stagnis, Piscinis Lacubus si velitis omnibus abundauerit; Vt Polonia multis magnisq fluminibus ad mercaturam commodissimis non est destituta, habet enim stagna innumera piscibus refertissima, Lacus complures aditum hostibus præcludentes.

Sexto à Fertilitate et varietate frugum si frumentis non tantum suæ sed etiam aliorum necessitati subueniant; Vt in Polonia tanta salis vbertas, tanta annonæ copia et varietas est, vt etiam ad gentes quamuis remotissimas nauibus transueantur.

Septimo ab Animantibus; Si varias animantium species habuerint: Vt Polonia præter quod cicura animalia domi foueat, etiam foris per siluam errantibus supra modum abundat.

Octauo ab Vrbium Castellorum Pagorum Villarum frequentia et celebritate: Si plurimas easq clarissimas Vrbes, si plurimas easq opulentissimas Ciuitates, Plurima eaq ditissima Prædia, magnam incolarum multitudinem habeat: Vt in Polonia plurimas Vrbes, Ciuitates, Villas, rerum omnium affluentia abundantes, aspicias.

Nono à forma Reipublicæ. Si optatum statum Reipublicæ habeat; Vt Respublica Polona laudatissimum Reipublicæ Romanæ Sparthanæq videte repræsentare statum &c.

Decimo ab Institutis legibus; Ut in Polonia nullam legem vel minimam inuenias, quae non ad sacrosanctum munus ad officium dirigatur, libertas nobilium magna.

Vndecimo a cultu religionis a Fide Catholica Templis Monasteriis Xenodotis et aliis insignibus locis, Vbi amplissimus campus Laudatae Poloniae sese offert, eo quod plerique Nationes matrem suam Ecclesiam deseruerint. Polonia vero in eo constantissime perseuerat

Duodecimo a cultu literarum. Si Academias, Collegia, Gymnasia, Scholas Publicas exexerit

Tredecimo a rebus gestis; Si multa immortali nomine dignissima tam domi quam foris, tam belli quam pacis temporibus confecerint: Ut Polonia tot bella cum vicinis atque remotissimis Gentibus gessit, tot victorias ex hostibus retulit, tot solennes Triumphos celebrauit, tot Nationes suo subiecit Imperio, atque a barbarie ad humanitatem eos reuocauit.

Nota Ut in aliarum rerum Laudatione, ita et hic Vtendum esse ante omnia Exordio Vt et Vltimo conclusione.

Exemplum Laudatae Siciliae videlis apud Cic. Verrina 4ta. Italiae apud Plinium lib. suo. Cap. 5to. et apud Kochanouium in Elogiis et apud Ver. 1mo. Aene et secundo Georg. Vbi per Comparationem Laudem Italiae ordite a situ Poloniae apud Muretum in oratione ad Sanctum Pontificem pro Rege Polono. Athenarum apud Cic. pro Flacco Romae apud Aristidem, Nouae Romae apud Turnerum in oratione 2da, Germaniae apud Iunium in 2do Tono.

DE LAVDATIONE EDIFICIORVM

Edificia laudantur a situ seu positione loci; Sint ne posita domus ad orientem, quae sit figura, magnitudo partium et totius vestibuli, quae amplitudo quod cubitorum materiae praestantia est adferenda, ornamenta extrinseca, Picturae. Scripturae, Celaturae, Emblemata Imagines, Marmoreae, Eneae etc.

VNDE LAVDANTVR FLVMINA.

Primo a Fontibus ex quibus oriuntur et montibus de quibus currunt.

Secundo ab incremento aquarum quam sese late diffundant et quomodo in alias excurrant Regiones

Tertio a Cursus celeritate, si cursum suum non remisse sed velociter conficiant.

Quarto ab Insulis Silvis si quas contineant.

Quinto a qualitate seu salubritate aquarum, si limpidas puras aquas habeant.

Sexto a locis et Vrbibus adiacentibus.

Septimo ab Vtilitate et Commoditate: quam adferunt hominibus Maxima autem Vtilitas fluminum ex eo cognitur, cum per aquas eorum defluentes naues res nobis necessarias ab Exteris Nationibus adferant.

Octauo a Piscium Varietate et multitudine.

Exemplum Tiberis laudati apud Ver. lib. 2mo. ibi

Atq hic Aeneas ingentem ex equore lucum conspicit.

et octauo

Ego sum pleno quem flumine cernis.

Ite Nili Aegipti fluuii apud Plinium lib 6to Cap. 9no. et apud Caesarem de bello Gallico aliquod fluuios commendatos.

VNDE LAVDANTVR HORTI.

Ex his Duodecem Capitibus.

Primo a Situ. Vt Hortus Regilis Cracouiae in Planissima situs Planicie.

Secundo a Soli ipsius bonitate, quod sit nigra, pinguis vda terra.

Tertio ab Arborum Plantarum Copia; Quarum in Horto Regio tanta est vbertas, vt non in hortum sed in Siluam intromitti putares, non inter arbores Simplices sed Plantanos et cupressos existimes; vbi numeranda sunt varia arborum et stipium genera.

Quarto ab eorum positu ad Solem directo; Vt Hortus Regius ad ortum et occasum Solis vergente.

Quinto ab aquis interfluentibus; Vt quemadmodum Thanais Europam et Asiam circumfluit, itaque fluuius aquarum placidissimo decursu interfluit hortum, ex quo maior omnium florum prouenit copia.

Sexto ab odorum suauitate; Vt in Horto Regio tanta est suauitas odorum, vt Arabiam apertam esse credeas, nobilem odoramentorum fertilitate, iam rosæ, iam Liliæ, iam Violæ multiplices effundunt odores.

Septimo ab ordine et dispositione arborum et Plantarum; Vt in horto Regio mirandum in modum collocatas esse herbas conspicias.

Octauo ab Edificiis propter conseruandos tenerioris naturæ arbusculos ab æstate solis sine frigore; vt in Horto Regio sunt Celulæ in quibus cæstæ Arbores, herbæ, Hieme reponuntur ne lædantur a frigoribus.

Nono ab Apibus, si in hortum plurimæ apes ex pulcherrimis et suauissimis herbis ac floribus succum deliberturæ agminatim aduolant.

Decimo a Graminis paucitate et amœnitate; Vt Hortus Regius seu pictura quadam gratissima colorum varietate distincta, plurimarum herborum amœnissimis flosculis ita exornatus est, vt cœlum quoddam terrestre suis decoratum stellis appelles.

Vndecimo a sepium altitudine aliis munimentis contra flores; Vt Hortum Regium muro circumseptum esse dices.

Duodecimo a Comparatione. Vt comparabis Hortum quem laudamus, cum aliquo celebri apud Historicos et Poetas horto; Vt Hortum Regium cum Babilonicis hortis conferre potest quos Curtius descripsit.

Exordium et Conclusio solito more ad scribi debet

Exemplum Laudati Horti Vide apud Homerum Odissea prima, vbi Horti Alcinoi essent descriptionem cum laude.

VNDE LAVDANTVR MŌTES?

Ex his Capitibus Sex.

Primo a magnitudine. Vt Ex. Gra. Laudationem instituas Clari Montis Cestohoviensis. Dicas illius vastitatem longe lateq, ita in partem porrectam, vt praeter amplissimum templum plurimas domos et Edificia contineat.

Secundo a Radicibus montis

Tertio a facili aditu; Vt Mons ille Clarus non sicut Caeteri in accessus et pervius est, sed concti aditum praebet facillimum.

Quarto ab Aeris temperie laetaq prospiciendi amoenitate; Vt Mons ille Clarus quaedam temperatam coeli Regionem nactus est et optimam aeris temperiem, vt laeta prospectus in omnes partes amoenitate suos incolas recreat ac reficiat

Quinto ab Aquis adiacentibus.

Sexto a rebus immerabilibus in eis gestis; Vt ibi latissimus campus sese offert off laudandi clari montis, Multa enim miracula acta sunt cum Templum exstrueretur, cum iam exstructum esset cumq et quae nunc fieri admiramur.

STIRPES ET PLANTAE LAVDANTVR

Ex his Decem Locis.

Primo a natura Vt si laudaveris Vrticam, Dices hanc esse herbam quae sine ullis spinarum aculeis lanuginem habet noxiam, et tactu levi pruritum pustulasq adustioni similes confestim excitat. Datio mordacis illius naturae adferitur, a Plinio lib 22 Cap. 6to. Ne se depascat quadrupes, Ne procaces rapiant manus Ne vestigia neglecta proterant, Et dicta est ideo Vrtica quod se vrendo tueatur.

Secundo a Qualitate; Vt Vrtica nulli cedit herbae sua virilitate, deinde vim suae mordacitatis, non nisi sole roborata exacuit.

Tertio ab Vsibus, quos praestat vitae humanae, vel in medicatione vel in nutricione; ut Vrtica tenera praeter id quod non ingratus sit cibus apud Italos vero delicatissimos, innumerabiles etiam et saluberrimos in morbis gravissimis producit effectus, nam cocta reparat Lienem, soluit obstructiones, tussim sanat, praeterea pectus purgat, sanguinem narium sistit, calculos rumpit.

Quarto a Loco et tempore quo proveniunt, ut Vrtica licet non seratur tamen in copia vbiq provenit, tempus vero quo nascitur est vernum gratissima pars Anni.

Quinto a Sympathia et Antypathia; ut Vrtica habet Sympathiam cum omnibus optimis floribus, Antypathiam, cum Cicuta, cum argento vivo, cum Serpentibus, cum Scorpionibus, ut Plinius testatur loco.

Sexto a Proceritate; ut Vrtica saepe altior duabus vlnis ut Plinius refert.

Septimo a fructuum quos ferunt Vbertates; ut Vrticarum nulla unquam fuit penuria, nam et in Pratis, et in Hortis et in Paludibus, et in Silvis, vbiq nascuntur; Hinc aliae silvestres vocantur, et dicuntur minores, aliae dictae Hortulenae quae sunt odoriferae, aliae quas passim vbiq videas.

Octava a Diuturnitate; ut tres Partes anni vendicat sibi Vrtica Ver Aestatem et Autumnum.

Nono ab occulta significatione et tipo, vel ad mores formandos vel ad religionem; ut Vrtica potest habere tipum virtutis, sicut enim Vrtica mordax superficie tenus est, si autem in Succum convertatur, multis hominum gravibus morbis mederi potest ita quoq vritus difficilis fit.

Decimo Conclusio; ut supra in aliis.

Exordium in supra dictorum laudatione potest concinnari ex invectiva, in perversam hominum consuetudinem, qui plerasq praestantissima nihili faciunt ignorantes eorum naturam.

Nota non omnes locos superius traditos in laudatione exprimendos esse; Prudentis enim est ea quae ad laudem minus facere videntur resecare, cum omnibus omnia convenire non possint.

QVOT PARTIB. TRACTATVR COMENDATIONES

Tractatio Commendationum cum sit Utilissima et cognita laudationi: merito hic a nobis in=
seritur, quae Absolvitur Partibus quinque.

Prima Pars est Exordium
Secunda Propositio
Tertia Confirmatio.
Quarta Confutatio.
Quinta Conclusio.

Exordium Commendationum est ita liberum ut in omni Genere Demonstrativo Sive Encomiastico quia Orator non adstringitur ut ex causae ipsius visceribus quemadmodum in reliquis Generibus erat Exordia. Hinc Aristoteles docet 8to Rethoricorum ubi Principium orationis simile esse dicit principio Cithara canentium, illi enim quicquid volunt praemittunt antequam canant legitime; Altamen debet esse Exordium aliquantulum coherens cum causa et orationis Corpore, poterit tamen quisq Exordiri à laude et quidem aut consuetudinis aut instituti alicuius: Sic Gorgias Antiquissimus Rhetor virtutem Graecorum laudaturus Exorsus est à laude consuetudinis, quae apud illas Gentes obtinuit, ut quinquenalis celebritas instituerentur in quae virtutes hominum variae praedicarentur. Sic in Panaegyrico Plinii Traiani laus a laude consuetudinis initium habet incepit ille sic, Recte instituerunt maiores nostri ut initia quemadmodum rerum generandum ita et dicendi appraecatione caperentur.

Vel à Vituperatione; sic Isocrates vituperat Graecos quod donis Corporeis virtutes honorarint prudentes aliquando sensuerint, et quod in certaminibus praemia proposuerint ijs qui robore corporis praestitissent, sapientes vero à praemio excluserint.

Sive à Consilio dum orator aperit suum Consilium quid faciendum sit, aut in laudationibus rerum aut Personarum ver. Gra. Si quis Parentem Eloquentiae ob praestantissima ingenii et industriae argumenta laudare velit, diceret eam laudem soli debere eloquenti Ciceroni cuius magisterio quo pacto viri dignissimi laudandi sunt

dislicimus

Vel etiam à Persona eius qui laudatur, vel à Persona Auditorum, vel à Persona ipsius oratoris.

Secunda Pars Propositio in qua breviter id exponimus quod Comprobaturi sumus attamen ornate.

Tertia Pars Confirmatio quae tractabitur quinque locis.

Primus locus erit a Persona nostra, Ubi exponemus, quam nobis iste quem commendatum esse volumus sit Conjunctus, vel charus, vel quam bene de nobis meritus.

Secundus locus a Persona eius quem commendamus, de qua vel Generatim vel speciatim dicemus, vel simul utroque modo. Generatim si commendabitur, à bonis fortunae, à bonis Corporis, à bonis animi, Speciatim si ex ijs virtutibus commendabitur quae decent suam conditionem Adolescentem maxime à modestia, obedientia, servium a fide tacitur nitate propter obsequio, a mundicie, et amore erga Dominum &c.

Tertius locus a Persona eius cui commendamus. Ubi si beneficii loco opponimus, ut eum quem commendamus habeat commendatum, dicemus cum istam liberalitatem in alios abunde testari solere, si vero gratificari nos eo modo videtur, dicemus hunc eius consuetudinibus accommodatum esse, Ubi simul additur quod is quem commendamus magno quodam igne estuet amoris et observantiae in eum, cupiatque instar felicitatis cuiusdam illi se ab obsequiis.

Quartus locus ab ipsa re, si ostendemus officium hoc illi ipsi futurum honestum utile, suave iucundum.

Quintus locus si illum quem commendamus maximi beneficii loco hoc numeratum profitemur.

Quarta Pars Confutatio In qua solvenda erunt illa ob quae is commendatur, venire posset in suspicionem.

Ultima Pars Conclusio, Ubi primo excitabis spem de illo cui commendamus quod tuae commendationi apud se non gravatim sit concessurus. Deinde significationem etiam tui amoris, ac tuae voluntatis ad omnem eius occasionem proliais verbis testificaberis.

Nota haec Praecepta tam orationibus commendatitiis (Exempli gr. si quem Principi aut Rei aut cuipiam alteri commendare velis) quam ipsis Epistolis scribendis in eo Genere commendatio deserviunt. Sed tamen stillo qui debebit esse submissior et humilior differret ab oratione.

DE COLLAVDATIONE

QVOT PARTIBVS TRACTATR COLLAVDATIO

Quinque.

Exordio
Propositione
Confirmatione
Refutatione
et
Peroratione.

Exordium in Collaudatione bifariam constitui potest vti et ipsa Confirmatio vel absolute vel per Comparationem. Si Exordium simpliciter id est sine Comparatione instituetur, Confirmatio per Comparationem aptissime tractabitur. Huius rei est Exemplum apud Cicerone pro Marco Marcello. Vbi Exordio sine Comparatione instituto Confirmationem tractat ex Comparatis. Quod si Exordium per Comparationem tractatum fuerit, Confirmatio tractari poterit sine Comparatione per Collaudationem simpliciter

Propositio per quam accommodate per quam gratulationis forma exprimetur, vel etiam per aliquam formalam laudis aliquem quod sit excellens, exemp. Causa. Dices nullo modo posse te silentio praeterire factum hoc per se et satis spectatum ita ad omnem posteritatem commemorabile.

Confirmationis in Collaudatione officia sunt tria. Primum est vt factum ipsum extollatur quam magnificentissimae, oratione florida et quasi triumphante: Vbi primo Ecphrastice depinges rem illam gloriosam quomodo facta fuerit; Atq hic valebunt distributiones, totius in partes, inductiones earum quae sunt ante rem, in re ipsa, tum post rem proxime. Deinde Causam impellentem induces, quod pro amore Religionis et Ecclesiae, aut pro amore Patriae et Reipublicae, nec illo modo vario alio fine et consilio hoc ab illo factum fuerit; Atq hic valebunt distributiones totius in Partes, ~~tum inductiones eorum quae sunt ante rem in ipsa re, tum post rem proxime~~. Tandem Comparatione breui obiter et strictim vt poteris, seu cum aliorum facinoribus hoc eius factum compararis seu eiusdem illius aliis.

Secundum officium est.

Secundum officium est Confirmationis, ut ostendat quam hoc sit futurum gloriosum illi qui fecit.

Tertium officium est exortatio, ut videlicet vel ad maiora adhuc aspiret maximo studio, et si factum istud summum est iam et gloriosum existimatur, ut sui similis esse non desinat

Quarta Pars Confutatio; Quae tunc locum habebit, si sint aliqua quae repellantur, ut pro Marco Marcello Cicero fecit, cum enim collaudasset factum Caesaris, suspiciones diluit, imprimis vero peracute probat Caesarem, si naturae vel gloriae satis vixit, Patriae nondum omnino satis vixisse. Itaque hic diluentur, quae aut per rumores contra celebritatem facti illius sparguntur, vel quae forsan a bene rem expendente contra Collaudationem obici possit.

Quinta Pars Conclusio; Cuius sit duplex munus. Primum ut in animo iucunditatem excitet ex tam nobili facto Argumentorum Praecipuorum (si ita Dictionis longitudo postulabat aliqua) breviter memineris. Sic fecit Cicero pro Marco Marcello concludens partem primam, quare gaude isto tuo bono.

Secundo; Ut vel ceteros qui adsunt eius exemplo animet; vel illi ipsi quem collaudat, constantiam in similibus patrandis etiam, atque etiam commendet, sententiaque aliqua memorabili negotium concludat.

DE VITVPERATIONE

QVIS VSVS EST HVIVS PRÆEXERCITAMENTI?

Quia quemadmodum Virtutibus eximia laus maxima commendatio et honor excelsior habetur, ita vitia, turpis reprehensio ingens dedecus et probrum manere debet. Vel quia ut Vituperatio facit ad maiorem laudis et gloriæ notitiam atq cognitionem, non secus et bona fama ad vitiorum investigandorum turpitudinem. Ratio Laus enim et Vituperatio sunt sibi opposita, quocirca ubi iuxta se posita fuerint, unum inter alterum elucescet, non secus ac si album et nigrum.

CIRCA VITVPERATIONĒ QVÆ SVNT CONSIDERĀDA?

Primo quid sit
Secundo quæ distinctio ab aliis
Tertio quæ Tractatio
Quarto quæ Materia.

QVID EST VITVPERATIO?

Ψογος ἐστι λόγος εκθετικος των προσοντων τινι κακων. id est.
Vituperatio est sermo exponens quæ alicui insunt mala vel aliter.
Est oratio in qua rei alicuius mala vel vitia explicantur.

QVOT MODIS DISTINGVITVR VITVPERATIO A LOCO COMVNI tribus.

Primo forma quia Vituperatio Contrarius Capitibus tractatur a Laudatione.
Secundo Materia quia per Locum Communem tam bonorum quam malorum magnitudo exprimitur.
Tertio Fine; quia Vsus Loci Communis ad Genus Iudiciale refertur, in quo finis est poena aut praemium. Vituperatio autem ad Demonstrativum, in quo finis sola voluptas audiendi.

QVOT SVNT PARTES QVIBVS TRACTATVR VITVPERATIO.

Tot quot sunt et Laudationis
Videlicet sex
Prima est Exordium.
Secunda Genus
Tertia Institutio.
Quarta Res gestae.
Quinta Comparatio
Sexta Epilogus.

Partes autem hae Contrario modo tractari debent a Laudatione; Quia in Laudatione seu Encomio bona queruntur et explicantur virtutes praeclara facta; In Vituperatione autem exagerantur mala, vitia, flagitia, scelera turpia facta. In Genere Nationis, Patriae Maiorum atque Parentum circumstantiae sunt excutiendae; quae omnia si clara contigerit, ostendendum est illa omni vitiorum genere contaminasse, quem vituperandum suscepimus. Quod si is quem Vituperare constitueris, claris natalibus, et egregiis animi corporis atque fortunae

fortunae dotibus conspicuus perfulserit, dices illum a maioribus degenerasse, animi dotibus ad dolos et fraudes abusum, bonis corporis ad libidinem cedes rapinas, divitiis ad multorum perniciem et Publicas seditiones fovendas.

QVÆ EST MATERIA VITVPERATIONIS.

Materia Vituperationis eadem est quae est laudationis; Quia ea omnia possunt vituperari quae et laudari: Vti enim sub laudationem cadunt res omnes ita et sub Vituperationem; Inter has autem sunt Personae Loci, res, bruta animantia Tempora Plantae &c.

Exemplum Vituperationis illustre et Copiosum apud Cic. in altera Parte Philippicae 2dae Vbi orator Antonii vitam a pueritia usq ad eam aetatem in qua tum fuit dum vituperabatur, exponit omnia flagitia, scelera, cum multa amplificatione enumerans.

DE COMPARATIONE.

QVARE CŌPARATIO VITVPERATIONĒ SEQVITVR.

Quia valde affinis est duabus Progymnasmatum speciebus proxime expluatis, videlicet Laudationi et Vituperationi eundem enim tractandi modum et materiam habet.

QVOT SVNT VIDĒDA CIRCA CŌPARATIONĒ.

Quinque.

Primo quid sit Comparatio
Secundo Quotuplex sit
Tertio Quae eius Qualitas
Quarto Quae Materia
Quinto Quae Tractatio.

QVID EST CŌPARATIO.

Est oratio ex Collatione aliquid disquirens, quo id quod Comparatur in maius extollat ostendat aequale. vel aliter

Comparatio est oratio, in qua Persona cum Persona, res cum re per contentionem alteram et Capitum examinationem singulatim factam refertur: Ut Solon cum Themistocle in rerum gestarum magnitudine, improbitate, fortitudo Civilis cum bellica inhonesta utilitate. &c.

QVOTVPLEX EST CŌPARATIO.

Qualitatum
et
Quantitatum.

Qualitatum cum bona cum malis conferuntur, Ut Virtus cum vitio, honesta cum turpibus, utilia cum damnosis, tuta cum periculosis, iucunda cum molestis. &c.

Comparatio quantitatum est cum maiora cum minoribus comparantur, paria cum Paribus bona cum melioribus, honesta cum honestioribus. &c.

Sic mala cum peioribus, turpia cum turpioribus, molesta cum molestioribus; Ut labor cum otio, pax cum bello, recta valetudo cum infirmitate, necessaria cum non necessariis, utilia cum utilioribus, agricultura cum mercatura, tuta cum tutioribus, ut Arma cum Legibus, iucunda cum iucundioribus, opes cum fama, laudabilia cum laudabilioribus, ut Solitaria vita cum magistratu, vel contra mala cum peioribus, Prodigalitas cum auaritia &c.

ALTERA DIVISIONE CŌPARATIO SŪPTA QVOTVPLEX EST

triplex.
- Prima est quae habet duplex Encomium.
- Altera quae habet duplex Vituperium.
- Tertia quae habet unius rei laudationem alterius Vituperationem.

Illa Comparatio habet duplex Encomium, in qua bona cum bonis conferuntur, in ea enim oportet utriusq laudes cumulare, et quid in utroq insit boni ostendere.

Comparatio quae habet duplex Vituperium est illa, in qua mala cum malis conferuntur, in ea enim oportet utriusq vitia exagerare, et unam altero deterius ostendere.

Comparatio Laudationem et Vituperationem continens est illa, in qua bona cum malis conferuntur; bona enim sunt amplificanda, mala vero exageranda, et horum incommoda, pericula, molestiae &c.

Qualitas Comparationis est difficultas, Materia eadem quae est Laudationis et Vituperationis.

QVIS MODVS TRACTANDÆ

Si singula cum singulis comparentur non tota cum totis, non oportet enim totam Personam cum tota in Genere conferre, sed ut laus utriusq et Vituperium ducescat magis, specialem instituere Collationem; ut in Personis Prima conferenda Gens seu Natio, deinde Patria, 3tio Maiores quinto Parentes et sic de aliis.

QVOT SVNT CAPITA TRACTADÆ COMPARATIONIS?

Quinque
- Diuisio
- Continentia
- Circumstantia
- Coniectura
- et
- Euentus.

Quid est Diui[illegible]

In qua Vnius aut Duarum rerum Partes, siue circumstantias ita enumerando recensemq, ut singula cum singulis in quantitate et qualitate committamq, Duarum rerum, ut si quis Ciceronem Laudaturus cum cum Catone Comparet

ut Genus Unius cum Genere alterius, Ingenium cum Ingenio, Institutionem cum Institutione, Res gestas cum rebus gestis,
Unius rei, ut si quis Ciceronis Eloquentiam cum eius fortitudine Comparet.

Quid est Continentia?

In qua ostendimus id quod praeferimus tale esse, ut illud quod postponimus, aut sine eo esse non posse, aut in illo contineatur: Ut si Comparentes Vitam rusticam cum Urbana, praeferamus rusticam propterea quod haec sine illa ne qua quam possit consistere.

Quid est Circumstantia?

In qua ostendimus rem alteram in omni loco et semperque valere alteram vero minus: Ut Eloquentia omni tempore ubique valet. Imperatoria in bello saltim.

Quid est Coniectura?

In qua Collatione facta voluntatem aut facultatem demonstramus rei, aut supra rem aut post rem aut infra rem exiguitatem. Ut si Comparemus Causam cum Causa, Voluntatem cum Voluntate, Consilium cum Consilio, Vires cum Viribus.

Quid est Euentus?

Cum Unius rei effecta cum alterius effectibus componimus. Ut Fortunae praesentis exitum cum superioris Euentibus.

Nota Comparationem ab Aphthonio traditam eo differre ab ea quae inter Schemata Sententiarum numeratur a Rhetoribus, quia haec breuis est Exornatio, illa autem exornationis studio, instar laudis et Vituperationis suscepta fusius tractari solet.

Nota Comparationem ab Aphthonio traditam eo differre ab ea quae inter Schemata Sententiarum numerantur a Rhetoribus, quia haec

quia hoc brevius est Exornatio, illa autem Excrutationis Studio instar laudis vel Vituperationis Suscepta fusius tractari solet.

DE ÆTHOPEOIA.

QVOT SVNT VIDENDA IVXTA APHTHONIVM CIRCA TRACTATIONEM HVIVS PROGYMNASMATIS.

Tria
- Primo quid sit et vnde dicatur
- Secundo quae sit illius Divisio
- Tertio quae sit.

QVID EST ÆTHOPEOIA.

Est expressio seu imitatio morum Personae Subiectae vel aliter Est oratio in qua sermo congruus Personae moribus attribuitur: Vt iato iracundus, Petenti supplex, Constanti animosus, Mutuenti timidus, Calamitoso querulus.

VNDE DICITVR ÆTHOPEOIA.

Ab ἦθος quod significat morem et ποιεῖν facio, quod videlicet in hoc Progymnasmate instituatur morum fictio, nam mores et ingenium fingendo repraesentat. Hinc non sine Causa a Quintiliano dicitur imitatio morum alienorum.

QVOTVPLEX EST ÆTHOPEOIA

Alia est ratione Personarum.
Alia ratione Affectuum.

RATIONE PERSONARV̄ QVOTVPLEX EST

Εἰδωλοποιΐα
Προσωποποιΐα
Ἠθοποιΐα.

Quid est Εἰδωλοποιΐα.

Est oratio in qua Personæ alicui notæ sed iam defunctæ sermo moribus suis aptus attribuitur. Vt fecit Ennius lib 6to belli Punici dicens sic: Si ab Inferis exurgat Rex Hiero fidissimus Imperii Romani cultor quo ore aut Syracusas aut Romam ei posse ostendi, cum Vbi semiratam ac spoliatam Patriam respexerit, ingrediens Romam in vestibulo Vrbis prope iam prope in Porta spolia Patriæ visurus sit. Ite Cic. in Confirmatione. Quot si nunc Lutius Brutus reuiuiscat et hic ante pedes vestros adsit non hac vteretur oratione, Ego Reges eieci vos tyrannos introducitis, ego libertatem quæ non erat peperi vos Patriam seruare non vultis, ego Capitis mei Patriam liberaui, vos liberi sine periculo esse non curatis.

Vnde Dicitur Εἰδωλοποιΐα.

Ex εἴδωλον et ποιέω quasi ab εἴδωλα seu simulachri fictione, vel quasi ab inferis Vmbras seu mortuos exsuscitatione

Quid est προσωποποιια?

Est oratio in qua et Persona et Sermo fingitur daturq illis quae sunt a sermone alienissimae: ut Cum Terra loquitur apud Ovidium lib. Methamorp. apud Cicer. Prima Cathilinaria Resp. Leges verba faciunt apud Platonem in Critone

Unde Dicitur προσωποποιια?

A προσωπον seu Persona et ποιεω fingo per hanc enim rebus mutis attribuitur Sermo; atq ita Utrumq fingitur, et Persona et ingenium sive mores. Cic. facit Patriam loquentem in Cathilinaria. Sic inquiens Nullum iam tot annis facinus extitit nisi parte, nullum flagitium sine te, tibi uni multorum Civium neces, tibi vexatio direptioq Sociorum impunita fuit ac libera, tu non solum ad neglectas leges et questiones verum etiam ad evertendas perfringendasq valuisti

Quid est ηθοποιια in specie sumpta?

Est oratio in qua Personae notae et adhuc viventis Sermo et affectus finguntur: ut quae verba poterat dicere Hercules cum esset coactus adire multa pericula Junone impellente et Imperante Euristeo.

RATIONE AFFECTVVM ÆTH QVOTVPLEX EST.

Alia est Pathetica seu Affectuosa
Alia Ethica seu Moralis
Alia Mixta.

Pathetica Æthopoeia quid est?

Est ea quæ graues et vehementes complectitur affectus: Talis est illa Junonis apud Vergilium

Heu stirpem inuisam et fatis contraria nostris
Fata frigum nunc stygeis occumbere campis
Nunc capti potuere capi.

Ethica seu Moralis Æthopoeia quid est?

Quæ lenes et masuetiores affectus continet: qualis illa descriptio Statonii apud Quintilianum ex Cœlio. Namq ipsum offendunt temulto sopore profligatum, totis præcordiis stertentem, ructuosos geminare gemitus.

Quid est Mixta Æthopoeia?

Quæ et lenes et vehementes complectitur affectus: Ut quibus verbis potuisset uti Achilles interfecto suo amico Patroclo, iam iam mortem eius vindicaturus: Nam dum deplorat funus amici, utitur Pathesi hoc est affectionibus vehementioribus, dum vero hortatur seipsum ad bellum et mortem vlciscendam utitur affectionibus lenioribus.

Quot Partibus Constat Æthopœia?

tribus.

Prima Pars a Circumstantiis Temporis Præsentis
Secunda Summitur à Tempore Præterito: Ubi affectus amplificantur ex recordatione Præteritorum vel Similium vel dissimilium
Tertia a descriptione Temporis Futuri: omnes autem affectus in Æthopœia exprimi possunt; Inducere possumus Personas, ira, tristitia, dolore affectas, atq gaudio triumphantes.

Exemplum Æthopœiæ ad Imitationem Conquestionis Æneæ supra Corpus interfecti Pallantis.

Quæ verba Æneas post interfectum à Turno Pallantē poterat dicere.

A statu Præsentis Temporis. Sors in rebus humanis subinde mutabilis postquam prosperæ felicitatis eventus illuxisset Te mihi o Palla adolescentem diuturniori vita dignissimum, unicum Parentis senio confecti solatium, meorum laborum periculorumq comitem fidissimum præsidiumq singulare subito ex omnium oculis ach crudelissima morte eripuit, ut neq imperium mea manu Partum cerneres, neq salvus et incolumis inditaq florens laude in Patriam devenires.

A statu Præteriti Temporis. Non hæc de tua expectatione Parenti tuo

Euandro promissa dederam illo ipso die quo me complexus iam iam a se digredientem amice submonebat, ac viribus meis quantum vis maximis, ac fortunae blando verum successu fauenti plus aequo confiderem; neque mexam sociorumque simul meorum vitam extremis obiectarem periculis: Subinducans Latinos fortes esse viros, Gentem in bellis gerendis exercitatissimam, quas illius cohortationes plurimum velus meis inseruientes dum ego posthabuissem nihilque eiusmodi quod mihi ab illo frequenter inculcabatur animo volutassem; Ecce quo altius sublimiusque a fallaci verum humanarum Domina euectus fuerit, eo graviori nunc ruina in praecipes deturbatus deiectusque sum, Pallanta scilicet spei maximae incomparabilisque expectationis iuuene amisso. Interim autem dum nos interfectum funebralibus obsequimur obsequiis, atque adeo ex spoliis ex hoste receptis laudeque nunquam intermoritura cumulatum remittere ad lares Patrios cogitamus; Nescio quae nam vota pro filii incolumitate faciant Parentes quibus victimis Deorum altaria cumulent eiues vniuersi prospectantes illos soles, quibus optimi Regis optimum filium ad se cum victoria redeuntem certatim suspiciant. Ecce vero qui nostri sunt hi reditus? quae victoria? qui triumphantes curvus? quae trophea solo suspendenda. Heu spes fallaces! heu inanes cogitationes hominum!

A Statu Futuri Temporis. Verum o Euander sistes ut spero, facile lachrimas teque hoc vnico solatio recreabis, quod filium tuum non in turpi fuga vulneratum sed in acie fortissime dimicantem occubuisse auribus percipies, satiusque censebis pulcherrimo mortis tolo consopitum aeternitatem nominis apud Posteritatem promeruisse quamsi inhonesta ratione ex instanti periculo elapsus, inglorius vna tecum vixerit.

ÆTHOPEÆ MIXTÆ SPECIES QUOT SUNT

Plurimæ

Inter quas ponuntur hæ.

Petitio

Cohortatio

Gratiarum Actio

Salutatio

Gratulatio

Conquestio

Consolatio

Exprobratio.

DE PETITONE.

Quid est Petitio?

Petitio est oratio quæ desiderium rei alicuius apud quem exponimus et eius copiam ab eo postulamus

In oratione petitoria conficienda, consideranda sunt tria

Primo quis sit qui petat.

Secundo quid petat.

Tertio a quo petat.

Quo ad primum videndum est; num sit minoris an maioris conditionis, an paris cum illo a quo quispiam petit, nam si æqualis fuerit, petet, et amicus ab amico et parem gratiam agnoscat, et officium suum denegare nolit, si minoris cavebit ne imperiose agat sed potius

amice et submisse, nam submissio facile impetrat id quod rogatur;
si minoris, tum multo magis submisse petet tanquam servus cum
excusatione suae in rogando audaciae et cum aliqua pudoris signifi=
catione cum laude vero illius a quo petit.

Quoad secundum duplicis generis esse quae ab oratione peti possunt,
quaedam enim sunt apertae, honestae, utiles, necessariae, haec aperte
et sine ratione peti possunt, quaedam sunt dubiae, in quibus aliquid
inesse videtur, turpitudinis, molestiae et incommoditatis, et haec sine
circuitione peti non possunt, ubi utendum erit insinuatione, excu=
satione veniae, deprecatione.

Quoad tertium attinet. Personae a quibus petimus aut sunt nobis pa
res genere, aut doctrina, dignitate, aut inferiores. Item aut amicae,
aut inimicae, benevolae et offensae, si pares fuerint cum amicitia petemus
si maiores submisse, si minores cum declaratione studii, si benevo=
lae, amice et benevole, si offensae, cum excusatione deprecationis in=
sinuatione. Partes haec oratio habere solet et plurimum

Exordium quod summitur a benevolentia quomodo videlicet extollemus
dietatem, integritatem liberalitatem humanitatem ipsius, a quo
petimus, spem et fiduciam qua inducti sumus ad petendum et volun=
tatem quam habemus ex eo quod veluti ad patronum rerum nostrarum
fugiamus, et dicemus petitionem nostram iustam, et ad nullum laces=
sendum compositam, ubi necessitas ostendatur ad quem sit coactus aliquid
et petat.

Propositio ac etiam narratio si erunt necessariae in illius status ne=
gotii et petitionis exponatur.

Narratio autem brevissime rem explicabit, quod si nihil fuerit quod
narretur, vicem supplebit confirmationis, in qua is qui petit adfert
narrationes eiusmodi quibus impellet cum ad factum a quo
petit.

desumendo eas ex honesto Vtili facili et licet difficile sit gloriosum tamen et pulchrum.

In Conclusione dicet is qui petit se non dubitare quid facturus sit ille qui rogatur, praesertim si ante officium illius expressum sit: Secundo policitationem habebit remunerationis et studium grati animi memoriam famae, beneficii declarationem, obsequii officium aut certe excusationem petitionis.

RESPŌSIO AD PETITIONEM QVOTVPLICITER POTEST INSTITVI.

Dupliciter.

Primo si concedatur factum: In Exordio dices gratam tibi fuisse petitionem, eo quod occasionem habeat bene merendi de amico, vel exponet animum quam prompte paratus sit ad obsequendum; vel dicet eum non rogare debuisse tanquam amicum, sed imperare tanquam servo; Aut significabis dolorem quem habeas ex calamitate amici cui opitulari voles, aut a sententia aliqua, dicto vel facto, vel exemplo ordieris.

In Confirmatione policeberis operam tuam, et modum quo illi subvenisse velis propones; ostendes te esse debitorem ipsi ob eius merita in te et in familiam tuam, deinde rogabis eum ut curam omnem et sollicitudinem eius rei deponat et in se proiiciat promittendo se diligenter et fideliter facturum, imo ad maiora praestanda paratum.

In Conclusione rogabis ut officium hoc grato animo accipiat, leve quidem, ex animi tamen magnitudine magnū censeri debet.

Quot si non concedat Petitor.

In Exordio dices te vehementer dolere et erubescere, quod non possit amici satisfacere petitioni, vel animū tuum aperies, quo semper erga illum fueris, rogabis tamen, ne offendatur quod non possis obsequi illius voluntati.

In Confirmatione adferes Causas propter quas non posses satisfacere petitioni amici vel occupationes alias, vel tempus importunum, pro tali negotio, vel incommodam valetudinem, vel etiam alia impedimenta, deinde illi propones modos aliquos consilii causa ad facilius negotium consequendum, vel demonstrabis Personas, apud quas sis consecuturus rem, imo promittes te velle in posturum operam, aut certe in aliud tempus transferres rem commodius.

In conclusione rogabis ne hac repulsa offendatur diesq te esse amicum merum, fidelem, cuius in gravissimis velq possis operam experiri.

DE COHORTATIONE.

QVID EST COHORTATIO

Est Oratio qua auditor movetur, et excitatur ad id ut quod optimum factum sit complectatur quod malum fugiat.

QVOT SVNT EIVS SPECIES.

Ex Definitione Cohortationis colliguntur Duae

Vna dicitur Cohortativa quâ ad bonum amplectendum auditur impellitur.

Altera Dehortativa quâ idem á malo dehortatur.

Loci ex quibus Argumenta ad Cohortationem Summantur posse esse isti

Primus ex Causis finalibq impellentibq, ut sunt Vtilitas, facilitas, et aliae Circumstantiae rei ad quam cohortamur.

Secundus ex Adiunctis, tum Personae quae admonetur, tum rei cuius admonetur.

Tertio Spes et Expectatio Parentum, Propinquorum, Reipublicae etc.

Quartus Exempla et Comparationes, tam parium et minorum, á quibq superari animi et ignobilis, quam maiorum quos non imitari animi est obiecti

Vltimo authoritatem et testimonia virorum illustrium eorumq Sententiae et Apophthegmata.

ORAtionis Cohortatoriae Partes Plerumq quinq fieri solent.

Prima Exordium quod constat verbis et sententiis favorem et authoritatem orationi conciliantibus, in eo autem orator potest primum commendare animum eius, qui monebitur, quod nunquam consilia recta spreuerit. Secundo potest commendare curam, amorem officium suum in eum quem monebit, quod nempe res eius semper sibi curae fuerint.

Secunda Pars est Narratio quae continebit expositionem eius rei de qua aliquem monebimus

Tertia Propositio in qua proponet Orator vel aperte se eum cohortaturum vel occulte et artificiose; Aperta erit admonitio tunc, quando simpliciter eum monebit aut amice et benevole reprehendet. Occulta quando significabit benevolentiam in eum suam qua inductus monet eum, duesq non dubitare se quid sit facturus

Quarta Pars Confirmatio, in qua rationes adferret quibus eum vellet impellere ad id quod intendit, argumenta autem ex locis supra positis desumentur.

Vltima Pars Conclusio, quae constabit aut cohortatione aperta, aut petitione, aut modesta excusatione causarum, aut vibratione libertatis et severitatis, aut promissione studii sui.

RESPONSIO.

Ad Orationem Cohortatoriam.

Ad Cohortationem si coram fuerit coram responderi solet, si per literas itidem per literas spondebitur. Igitur in Exordio dicet is qui monitus est, vel gratam fuisse admonitionem, aut non ita superbam se esse, ut rector admonitiones oderit aut istum stultum et rudem, ut poterit assentantibus, quam salubribus consiliis aures praebere.

In Confirmatione promittet se monitis amici diligenter obsecuturum facturumq, hoc sine more in quo monetur, si res non est factu impossibilis, porro si facturus sit afferret. rationem sui consilii, rogabitq ne offendatur

quod non possit illi hoc tempore et in hoc negotio parere voluntati
promittetq si res patietur alio oportuniori tempore idem facturum.
In Conclusione, vel gratias aget pro cohortatione si hoc in Exordio non fe-
cit, vel pro tanto in se studio mutuo illi offerenti studio et officio.

DE GRATIARV̄ ACTIONE

QVOT SVNT VIDENDA CIRCA GR̄. ACT̄.

Tria

Primo quae sit Vtilitas et necessitas gratiarum actionis.
Secundo quae Definitio.
Tertio quot sunt loci quibus tractetur ea.

QVÆ EST VTILITAS. G.A.

Ea quae et beneficiorum, quia sicut vita humana sine beneficiis hominum
in homines nullo modo consistere potest, Ita sine referenda gratia stare non
poterit, tres autem sunt gradus gratiae referendae, Primus est ut gratiam
habeas, id est ut memoria diligenter teneas beneficium acceptum, neq il-
lius tibi ex animo effluat recordatio. Secundum ut beneficium illud
praedices atq gratias verbis honorificis agas. Tertius acceptum beneficium
pari beneficio rependas si modo queas.

QVID EST GRATIARVM ACTIO.

Est beneficii ab aliquo accepti honorifica apud eundem praedicatio gratae
mentis studiorumq prolixa testificatione. Duo autem sunt in quaq
gratiarum actione. Primum beneficii accepti exageratio Secundum
nostrae mentis grata testificatio.

QVOT SVT LOCI QVIBVS TARCTATVR G. A. ctio.

uatuor.

Primus est Exordium, quod ita ut in Genere demonstrativo est liberrimum, poterit enim vel a Dicto vel ab Exemplo aliquo memorabili, vel a Loco Communi, vel a qualibet Circumstantiarum desumi, modo id apte fiat. Modi Exordii hac in materia conficienda possunt notari apud Cicer. in duobus locis: Primus locus est pro Marco Marcello ubi est Protasis. Non possum ullo modo tacere amplius. Ratio. Per magna enim est Dementia Caesaris. Secundus ad Senatum post reditum ubi protasis est. Porrite si impares vestri beneficii gratias agam. Ratio. Nullus enim est ita eloquens, qui vestrorum beneficiorum magnitudinem dicendo consequi possit.

Secunda Pars Expositio. Haec Pars pro diversitate Exordii diverso modo fit, si enim Exordium sumptum est aliunde, et non a se, Expositio erit ad eum modum, quem proxime in Exordiis Ciceronis posuimus, quod si Exordia ipsa inde sint deda, sufficiet in Expositione Propositionem Generalem verbis plenis instituere sic Cic. pro M. Marcello de rebus gestis Caesaris: Nullius tantum est flumen ingenii, nulla scribendi aut dicendi tanta vis tanq copia, quae non dicam exornare sed enarrare res tuas Caesar possit, tamen hoc affirmo et hoc pace dicam tua, nullam in his esse laudem ampliorem quam eam quam hodierna die conjectus est. Talis est illa post reditum ad Senatum, Itane Patres conscripti quod ne optandum est homini quidem, mortalitatem quandam per vos adepti sumus

Confirmatione exageratione et amplificatione beneficii constare debet, Amplificatio autem haec fieri debet diligenti inspectione circumstantiarum, quis dedit, quid, cur, quo tempore, quo loco, quo modo, quo Consilio, quis an vir magnus, atq ad id praestandum nulla unquam spe beneficii per nos obligatus. Quid tantum beneficium quantum homo vix optare, tantum abest sperare possit, vel quia est honestum, quia necessarium, tum Reip, tum Personae accipienti, cum aliquis vel quia est ultro oblatum, vel si maius sit quam expectatum aut postulatum est.

Exemplum in Alexandro.

Exemplum in Alexandro Macedone, qui militi quidam decem talenta in dotem filiae suae flagitandi quinquaginta confestim numerare iussit, cumque ille minuens, tantum suae conditioni non convenire diceret, non quod te accipere, sed quod me Alexandrum dare docet, respondit.

Conclusio In qua primo pro tanto talique beneficio, dices se illi aeternum adstrictum esse. Secundo promittes te gratum et memorem huius beneficii semper futurum, Denique benevolentiae se et favori ipsius commendabis, vel quemadmodum benefecit pergat sibi benefacere, vel ut se in omni necessitate tanquam suo subdito et servo uti velit.

RESPONSIO AD GRATIARŪ ACTIONEM.

Respondens Orator gratias agenti, in Exordio dicet placere sibi animum quem is qui gratias agit sua demonstrabit oratione, vel certe dicet, magno pudore suffundi, quod tanta eloquentia virtutum suarum, quae exiles sunt audiverit dignitatem explicari.

In Confirmatione extenuabit, nec se illud tanti facere quanti facit is qui gratias agit dicit. Deinde aperiat animum suum quem habet et semper habuit erga eum cui beneficium dedit, quod si magnum videatur beneficium, extenuabit illud, tantum dicens habere valorem et pretium ex accipientis existimatione, cum in re ipsa vix alicuius momenti sit.

Secundo loco exponat animum suum asserendo se omnia sincere, et ex animo in gratiam amici fecisse quicquid fecit, nec ullo alio fine aut respectu nisi ut suum amorem in eum aut meritorum memor aliquo modo declaret.

Tertio loco si in laudem suam aliquid dictum sit modeste extenuabit, et se in laudem Personae accipientis, et gratias agentis convertet, eius merita si quae erunt recensendo, augendo, exagerando, etiam errata si quae sunt, aut pro peccatis ea non ducere affirmando, aut excusando, aut omnino dissimulando et praetereundo.

In peroratione gratias aget, quod suum beneficium gratum et acceptum sit, vel laetabitur se beneficium collocasse in eum vel qui dignus est, deinde operam suam illi etiam atque etiam ad omnia maiora affatim repromittet.

DE SALVTATIONE.

Salutationes hic illas intelligimus, quibus aut Parentes nostros, aut amicos, aut Patronos et benefactores, aut etiam viros aliquos insignes, ex itinere hospites redeuntes, aut etiam post aliquod glorioso confectum negotium in Patriam reuertentes diligimus, salutamus. Huius etiam erat Isaac apud Abimelechum, Sic Abrahamus cum sua uxore Sibba ex sancto salutabat hospites.

In Exordio significabit Orator gratum esse ad uenientem alterius hospitis qui salutatur, quod multis modis fieri potest, nempe quia aduentus eius multo tempore expectatus aut exoptatus uel quia gratae spem excitet, ea enim plerumque quae diu parata accidunt gratiora esse solent, uel certe quia opportune et opportune et ad usum consilii, Exordium sumpto aliquo exemplo, uel petito ab antiquo, quod ad rem propositam faciet: Vt Sanctae Exemplo humanitatis, hospitalitatis, fraternum publicae Patriae Vtilitatis, Praesentisque Personae illustrandae Deligit Euandri et Aeneae Apologo Sententia facta.

In Confirmatione Summet laudes Personae spectatarum ex suum amicitae hospitis et benevolentia qui non est dedignatus illos omnes quorum nomine salutat minister quod circumstandum et ad unctae Personae quod laudabuntur aptum erit, Et dignitatem magistratus quos gerit, Secundo contemplare oportet singulitates illarum Personarum quod recitantur, ut graues sint hospiti scribo et dignitate an secus, num ipsius in eo gratia et auxilio rem benefitia aliqua ab illo acceperint, aut speraret aliquod quae omnia amplissimum dicendi campum aperiunt.

Tertio loco ipsum respiciet orator huius ac eius nomine salutet hospitem, considerabit praeterea Genus ipsius et eius praeclara gesta, quibus omnibus amabilis tum facultates corporis animi et dignitatem inspiciet, et Instituis hospitis, et eius praeclare gestis, quibus omnibus amabilis et horribus est, tum etiam merita omnia in alios omnes tam maxime in eos qui eum salutant, in omnibus autem Partibus exempla, Sententiae Apothegmata ac rem ipsam commendabit.

In Conclusione postremo loco Orator si suo aut aliorum nomine salutat, gratum se ipsius huius beneficia fatebitur et eos omnes quos hospites misit, multum ad hospitalitatem et humanitatem hortabitur dicet, Deinq paratum se ad omnia eius obsequia dicet.

RESPONSIO AD ORATIONEM SALVTATORIAM

Qui respondet aut ex istis qui salutantur aut aliquis alius. In Exordio igitur debet testari animum suum semper fuisse benevolum et propensum erga eos a quibus excipitur, si vero ab inaequalibus excipitur, dicet gratam illorum sibi significationem vehementer, si ab aequalibus, suum affectum erga illos declarabit, si a maioribus tanto honore se indignum fuisse testabitur. Potest Exordiri et ab aliis modis, ut sententia Apophthegmate Exemplo. &c.

In Confirmatione modeste suas in Salutatione allatas laudes extenuabit, merita sua aut parva esse aut nulla, in eos a quibus honorifice excipitur, quod si magna et omnibus nota fuerint extenuabit illa tamen, dicet illa suum pondus et momentum ex illorum estimatione non ex se habere.

In Epilogo offerret se illi et sua omnia, praeabiturque felicia quaeque et prospera, ad extremum adeo poscet, ut in eo amore et conjunctione quo reperiunt vivant et ipsi et illorum nepotes.

DE GRATVLATIONE

Salutationem iure merito sequitur Gratulatio quia quoties cuique aliquem salutamus cum quasi Gratulatoria dictione excipimus, unde eadem materia comparat salutationem qua et Gratulationem.

QVID EST GRATVLATIO?

Est qua alicui felicem rerum gestarum successum fortuna favente, et in honoribus, dignitatibus, affinitate, et id Genus alia gratulamur.

QVOT PARTIBVS TRACTATVR GRATVLATIO?

Possunt admitti Sex.

Prima Exordium quod variis modis confici potest, vel enim Orator significat laetitiam, quam percepit ex iis rebus quas alicui gratulamur, praesertim si sit aut cognatus, aut familiaris, ut filii Parentibus, amici amicis, Nobiles Palatinis Capitaneis, Canonici et Praeliteri suis Episcopis et Praelatis. Primum in Augurationem gratulantur, vel reddet Causam, cur ad gratulationem descenderint,

aut pugnabit et eos omnes gnorum dumne gratulabitur, quod mortalis appetitus
quo Deos Deasq; tantas dignitate gratificatus exequit
Exemplum et nullo tyrio ait occasio fuit aquam ferendi ex ob rio tuenio
cauis manibus, quod alios Idem Regi Artaxerxi munera gratiam offerentes
ob id gratificatum dicet se deducturum ad consuetudine, vel ne ingratus
vid videtur beneficiorum acceptorum.

Secunda Pars Narratio, Ille abigendo ab hibetur, abigendo non=
inhibetur si ei aliqua simplex quid non cedit Narratore Prohibetur Nar=
ratio fuit, quando sunt aliqua talia opera facta diligentes notanda. Exem.
Ps. quando aliquis impetus, quis celeriter, quia ante exhibitum
magnus quasent.

Tertia Pars Propositio in qua dies remanendo ipse qui hic Elementa non gratulet.

Quarta Pars Confirmatio. Cuius locus primus a laudatione ipsius Personae
ex bonis Generis Deum gratiae, dicens Dignam esse Personam Iulian, aut fel=
citas huc Diuinitus obigit.

Secundus locus a magnitudine, ubi ostendet eius Nobilitatem,
Utilitatem, iucunditatem.

Tertius locus a Circumstantiis, quo modo, quo loco, quo Tempore, quibus au=
diis, quo fine &c. ubi ostendet an tum tutenio Regi tempore, an passato
sunt adepti magistratum, tunc quia multa hanc felicitatem contigerant
non tamen obtinuerunt, vel cum difficultate possiderunt et similia.

Quarta locus Ipsum respiciat et Dignam Personam esse, potest ad hoc ad illum
ad gratulandum et Nemini ut officii in ea dignitate mihi quam positus et ut ex=
pectationi et existimationi Reip. Satisfacial, Quod si non erunt tanti, dicet Resp.
affuturam omnia bona et fausta ab illo expectare et ipso rare. Ad unguet Ipsum
letari in tuis gaudio omnes ad eos quod talem Dominum tantum sortiti sunt
a quo omnia bona sibi promittunt. Postremo gratulabitur et fausta et prospera
omnia ad maiorem Dei gloriam, Ecclesiae Reip. Utilitatem, omnium ho=
minum, amicorum solatium, et suum maiorem honorem vel illa quae ei gratulatio
cedat

Quinta Refutatio quod dicit illa omnia quaedam a malevolis obici possunt, si alig
rumor licet parvus spargatur

In Conclusione offerret se illi, et eos omnes quorum nomine verba facit ad omnia paratos, rogalitq ut se in numerum suorum cooptare velit.

RESPONSIO AD GRATULATIONEM

Hæc solet esse vel ab ipso cui instituetur, vel ab aliis nomine ipsius, si ipse respondeat, in Exordio declarabit lætitiam suam quam habet ex tanto affectu gratulationum erga se, vel dicet præter opinionem suam, se tantum invenisse favorem et studium erga se omnium, vel testabitur se nunquam honores illos desiderasse, ambiisse quesivisse, sed certe invitus accepisse, vel exordiri poterit a sententia exemplo, similitudine.

In Confirmatione exponet magistratus, vel officii amplitudinem, oneris magnitudinem et obligationes, labores, pericula, quæ virilem animum et honores maiores desiderat, Tum subnectet quomodo semper ad privatam aspiraverit vitam, et pote feliciorem non expositam tot periculis ad quod illustrandum, valent similitudines Exempla.

Secundo loco Causas adferret collati sibi honoris propter illi gratulatio instituta fuit, et dicet non tam propter merita sua quæ exigua sunt in Remp. et eos a quibus honore affectus est, quam propter benevolentiam eorum sibi obtigisset.

Tertio explicabit impotentiam et imbecillitatem suam ad illud munus cum dignitate obeundum: Proinde auxilium rogalit ab illis quorum inter est, et quo studio et affectu illam dignitatem ad se detulere, eodem favore et benevolentia, illum in dignitate illa et officio recte obeundo iuvare velint.

In Conclusione gratias aget tum illis qui contulerunt beneficium ipsi, tum ipsis qui illi gratulantis sunt pro illa humanitatis, tam pollicitus se nequaquam ut ingratus vivat, aut mereatur, aut ab officio se videatur, ad extremum sua studia promptam offerret aut officia omnibus gratulantibus.

Porro si Orator nomine eius cui facta fuit gratulatio respondeat, eadem fere omnia quæ dicta sunt servabit, ut quod grata sit gratulatio illi atque instituta est, et lætitiam quam ex illa percepit explicabit, cætera supra scripta secundum prosequetur, hoc tamen non omisso ut suis ipsius mentionem faciat, exponens causam ob quam ad responsionem accesserit, scilicet vel rogatus, vel iussus, vel officio impulsus, vel dicet se gaudere ex oblata occasione bene merendi, et de tali viro cuius

cuius nomine respondet, et de illo cui respondet.

Formulae Gratulationum ex Epistola 7ma lib. 2di: Sera Gratulatio reprehendi non solet, praecipue si nulla negligentia praetermissa est, longe enim absum audio sero:

Sed haec et tibi gratulor, ut sempeternae laudi tibi sit iste magistratus exepto, teque hortor, ut omnia gubernes et moderare prudentia tua ne te auferant aliorum consilia

Ex Epistola 7ma lib 15. Maxima sum laetitia affectus cum audivi te consulem factum esse, eumque honorem tibi Deos fortunare volo. atque a te pro tua Parentisque tui dignitate administrari. Vide et Epistola 8va lib eiusdem.

Ex Epistola 12 Eiusdem libri Etsi mihi nunquam fuit dubium quin te populus Romanus, pro tuis in Remp. meritis, et pro amplissimae familiae dignitate, summo studio, conclis suffragiis, consulem facturus esset, Tamen incredibili laetitia sum affectus cum id mihi nunciatum est, eumque honorem tibi Deos fortunare volo, a teque ex tua maiorumque tuorum dignitate administrari. &c.

DE CONQVESTIONE

QVID EST CONQVESTIO

Est Oratio qua nostrum dolorem, aut nostrorum aut aliquem Publicum verbis merere plenis ante oculos ponemus.

QVOT PARTIBVS HAEC TRACTARI SOLET

Prima est Exordium quod desumitur vel a dicto celebri, vel ab Exemplo, vel a vanitate rerum humanarum, vel ab Erumnis vitae humanae. Potest etiam summi ex occasione recenti, aut Loci, aut Temporis, aut Personae modo sit apte coherens.

Secunda Pars Expositio infortunii, ubi debet esse narratio brevis Perspicua Probabilis.

Tertia Propositio. Quae institui potest, vel per interrogationem, vel per Expositionem, vel Exclamationem Patheticam, vel etiam duobus verbis absolvi potest Exempli Causa his aut similibus. Memisorum. &c.

Quinta Confirmatio. Cuius tres Loci. Primus a Comparatione Temporis Praeteriti cum hoc Praesenti, Ubi fiet collatio rerum laetarum illius Temporis, cum tristibus moderni Temporis, omne enim malum et omnis miseria tanto maior estimatur quanto maiora fuerunt bona Praeterita. Secundus a Circumstantiis Ubi fiet Hypotyposis per inductionem Circumstantiarum, quis patitur hoc malum, quo loco, quo Tempore, apud quos à quibus. Tertius per Comparationem infortuniorum aliorum cum hoc uno, Ubi dices ad hoc unum nihil videri illa omnia.

Quinta Pars Refutatio. Ubi ea solventur, vel elevabuntur, quae in spem pertinere videantur.

Sexta Peroratio: Ubi fiet apta doloris testificatio, dicetque hominis Christiani esse, ut licet se afflictissimum sentiat, spem tamen fixam in Deo habeat, etiam hic aliquid diu poterit de doctrinae fructu qui maximus est, ut moderate mala feramus. Item aliquid de spe in suis fixa.

DE CONSOLATIONE

QUANTA NECESSITAS EST CONSOLATIONIS?

Tanta quanta neque est Panagyricorum in vita humana, neque gratulationum, neque ad extremum eorum omnium quae in bonis versantur: Vita enim hominum pluribus est obnoxia malis quam bonis.

QUID EST CONSOLATIO?

Est Oratio qua dolorem animi ex quocunque modo concessum lenire studemus, in hac definitione adverte primo orationem hic accepi generatim pro omni sermone praeparato, sive Epistolam scribas sive Rhetoricam orationem substituas, sive aliquando ex Tempore verbis non diu meditatis, ad bonis tamen eiusque subsint rationes id facias.

QUOT SUNT PARTES ORATIONIS IN CONSOLATIONE

Quinque

Prima Pars Exordium in qua dicet Orator non ignorare se qua prematur calamitate eius animus: Vel dicet nunquam se sperasse, ut in hanc devenerit calamitatem: vel

dicet

vel dicet se infelicem accepisse nuncium de eius adversa fortuna, vel dicet se velle studium benevolentiamq suam in amicum ostendere propter quem omnes eius casus suos esse putat, vel enarrabit occasionem qua ductus est ad consolandum vel alios afferret exordiendi modos, quibus significabit dolorem suum. Potest etiam Exordium a loco communi in hunc modum neminem illi opitulari firmiter posse in animi egritudinem, nisi ad sit qui huic egritudini oratione media opitulari velit, ut enim oculus, alios tantum videre, se ipsum vero nunquam potest, ita homo constitutus est ut alios consolari possit, seipsum cum in merore positus est non valeat, et alii modi exordiendi possunt inveniri.

Secunda Pars Propositio. quae aliquando omittitur, statim hortabitur, ne nimis egre adversam fortunam ferat, praeter alios modos expeditissimus, etiam est in Epistola. Sulpicii. quid est quod tantopere te moveat tuus dolor intestinus

In Confirmatione adferret argumenta ad leniendum dolorem oportuna ex his locis Primo a Causa efficiente Scilicet Deo Optimo Maximo, qui propter occulta sua iudicia permittit homines affligi, ut eos ad aeternam felicitatem, talibus afflictionibus, tanquam aurum in igne probatum praeparet,
Secundo a Communi omnium lege et conditione, quia ita omnes nascimur, ut omnibus vita nostra adversae fortunae telis sit exposita, et nullus est tam felix qui aliquid aut non patiatur aut pati non queat.
Tertio ab Exemplis aliorum, qui multa itidem mala perpessi sunt, nec tamen animo conciderunt, sed ea fortiter et generose superarunt.
Quarto si Consolatur aliquem ex morte amici, desumet argumenta ex vita bene honesteq transacta, vacare enim culpa magnum est solatium.
Quinto a Temporis iniquitate et Reipublicae afflicto statu, in quo perditi omnes ita animum assumunt, et innocentes etiam vexare aureant, ac proinde afflicta Patria non est quod bonus Civis illius omnia bona ac prospera expectet, sed potius cum illa luente luat.

Sexto ab adiunctis Personae quam consolatur, ut vel ex eius laudabiliter acta vita, vel quia multa fortiter tulit, vel quia prudens et doctus est, vel quia in dignitate aliqua constitutus, quem talis luctus non decet, aut quia habet opinionem, viri fortis, Prudentis Generosi, magnanimi. &c. vel quia aliis consilio erat.

Ultimo a Comparatione maiorum, si in gravioribus casibus alii inferiores fuerunt fortes et magnanimi; Quales fuerunt foeminae, animo plusquam virili; Ut illa Lucretia, quae mortem quam sibi suis manibus violenter intulit ob perditam pudicitiam aequo animo tulit, quare turpe est viris superari a foeminis; Ad hunc locum pertinent Sententiae, Apophthegmata, Exemp. tollerantiae rerum adversarum.

Quarta Pars Confutatio. Hic refellet illa quae obstare Consolationi videbuntur, maxime vero desperationem.

Quinta Conclusio In qua promittet suam operam, ut iuvet ipsum in eius calamitate, aut si iuvare non potest, dicet se Deum rogaturum pro ipsius infortunio, aut pollicebitur melioris fortunae statum, dicendo se bene sperare, ut bonum finem inveniat eius calamitas, denique ad magnitudinem animi adhortabitur, ad animum erigendum doloremque deponendum.

RESPONSIO AD ORATIONEM CONSOLATORIAM.

In Exordio vel dicet gratam sibi esse orationem Consolationis, multumque de tristitia deposuisse, vel dicet se verum illum Amicum hac oratione cognovisse, et eius amorem expressum esse. Vel Exordietur a Loco Communi. dicendo verum esse illud linguam amici praesentissimum et praestantissimum esse remedium, vel a dolore suo quem patitur, ex illa re ob quam dolet.

In Confirmatione, vel dicet se libenter obsequi velle amico, et accipere consolationem, vel gratias pro illa aget, quantumque sit ea recreatus ostendet, vel denique explicabit dolorem suum, causamque illius adferret.

In Conclusione, vel gratias aget pro Consolatione si idem Confirmatione non fecit, vel pro tanto officio gratum se fore promittet &c.

formulae consolationis ex Epi. 5ta lib 4ti. Postea quam renunciatum de obitu Tuliae filiae tuae, sane quam pro eo ach Ilebui graviter, molesteq tali. Communem ea calamitatem existimavi, qui si ~~esse~~ affuissem, neq tibi defuissem coramq meum tibi dolorem declarassem. Et infra est locus magnus a comparatis maioribus. Ex Asia rediens cum ab Aegina Megaram versus navigarem, cepi circum circa prospicere, post me erat Aegina, ante Megara, Dextra Pirhaeus, Sinistra, Corinthus, quae oppida quodam tempore florentissima fuerant, nunc prostrata ac diruta ante oculos iacent. Cepi egomet mecum cogitare, hem nos homunculi indignamur, si quis nostrum interrigit aut occisus est, quorum vita brevior esse debet exe. Et sub finem ab Oppositis. Vidimus aliquoties secundum pulcherrime te ferre fortunam, magnamq ex ea re laudem adipisci, fac aliquando intelligamus, adversam quoq te aequo ferre posse.

DE EXPROBRATIONIBVS.

QVID EST EXPROBRATIO?

Est Oratio qua ingrato et immemori nostrorum beneficiorum aut studiorum eadem ipsa beneficia vel studia cum iusta indignatione ob oculos ponimus.

Quot Partibus absolvitur Exprobratio?

Sex.

Prima Pars Exordium, simile ut in Conquestione, vel a dicto aliquo, vel ab Exemplo de ingratis, vel a magnitudine tui doloris ex eius ~~tam~~ ingrati animi significatione.

Secunda Expositio. per Prolipseos solutionem, Non sunt quidem beneficia commemoranda quae contulimus, sed licet non commemorantibus commemorare. Hic breviter beneficia tua cum Exprobratione revocabis

Tertia Propositio quasi per Excitationem. Iam ne tibi haec e memoria effluxerunt.

Quarta Confirmatio. Cuius locus primus a circumstantiis, Quis accepit? quantum? Egenus, quo Tempore? Valde iniquo. Quo loco? Multis praesentibus. &c.

Secundus a Comparatione maxime cum bestiis et cum Canibus in suos Dominos a quibus aluntur fidelissimis

Tertius ab Eventis. Ubi dies in illum futurus, qui homines.

Quinta, Refutatio eorum, quae in Excusatione, Excusationem adferri possunt

Sexta Epilogus. In quo dolorem tuum primo revocabis, deinde iudicem Deum appellabis, illi autem meliorem mentem praecabis.

DE DESCRIPTIONE

DVODECIMO PREEXERCITAMĒTO

QVOT SVT VIDĒDA CIRCA DESCRIP.

Tria

Primo quid sit Descriptio

Secundo quae Materia

Tertio quot tuplex sit.

QVID EST DESCRIPTIO?

Ἔκφρασις ἐστὶ λόγος περιηγηματικὸς ὄφιν ἄγων ἐναργῶς τὸ δηλούμενον. id est. Descriptio est Oratio circumducta ipsis pene oculis omnem ram descriptam subiiciens. Vel clarius Descriptio est, quae Narratione id quod propositum diligenter descripsit et veluti oculis subiicit. Dicitur autem Descriptio ἔκφρασις a Graeco ἐκφράζω quod inter alia significat, ram manifeste obtutos pono.

Nota Descriptionem ab aliis evidentiam, ab aliis repraesentationem vocari, ab aliis energiam.

Eadem quae et Laudationis. Vituperationis, et Comparationis, Describuntur enim Personae, res Tempora loca, bruta animantia, Stirpes. &c. Personae ut si aliquem perfidum describere volueris, dices sic: Mendax ore, vafer corde, lingua procax, moribus Ardelio, antiquus veterator, emersus subito ex Diuturnis tenebris, vino, Ganeis, lenocinijs adulterijsq confestus, cuius si mundum scelera vultis recordari, vultum atq incessum ipsius intueamini, facilius facta occurrent mentibus vestris, si ora ipsa, oculum ipsum prospexeritis, est igitur unguentis affluens, calamistrata coma, despiciens socios.

Nota ad Delineationem Personae, pertinere oris totiusq corporis descriptionem, et aetatem cum statura verbi gratia ex tetro vultu vastitatem corporis colligimus severitatem, ex vultu placido et statura mediocri benignitatem, ex morosa facie, corporis infimo habitu rusticitatem

Nota secundo in Describendis Personis a summis ad ima ire oportebit, verbi gratia si dicas, Totus animo et corpore monstrum est; Nam quamcunq vel animi vel corporis partem compleris monstrum reperies. Ingenium excute prodigium invenies, mores expende vitamq scrutare, omnia monstrosa comperies, oculos, os, vultum, totam denique corporis figuram inspice, quid aliud quam monstrum praesefert, linguam et vocem belluinam observa. Postea tum dices, pedes ventrem, pectus considera, quid aliud quam bestiam pronunciabis. Hic igitur si in singulis depingendis commoratus fueris magnum ornamentum orationi accedet.

Nota Tertio Descriptioni Energiam sive Hypotyposim esse persimilem

rum per eam ita quoq res describuntur ut ser. potius quam audiri videantur, sed tamen discrepant, quia in Energia omnia ad Excellentiam dici debent, et multa sunt in ea quae singula possunt facere periphrasim, in hac vero non ita se res habet.

Nota quarto Res si volueris describere, cum ex his tribus locis argumenta desumes: Videlicet ex loco ab Antecedentibus, Coniunctis sive praesentibus et Consequentibus. Sunt vero antecedentia, quae rem necessario praecedunt, ver. Gra. Iustitia est antecedens virtutis, quia hac posita necessario sequitur virtus, Consequentia vero illa dicuntur, quae rem consequunte, quae vel sunt semper necessaria, ut animal homini est consequens, iustitiae virtus, discordiae inimicitiae, rixa contentionis districti gladii in bello, pugnae vel non semper ver. Gra. Est quis procreatus parentibus optimis ergo erit bonus, non est hitum dicere, res itaq si fueris descripturus ver. Gra. Bellum aliquod, dices ex antecedentibus primo antecedebant bellum, ira, rixae, collectio excratuum, praeparatio armorum tormentorum, &c. Ex Coniunctis vero dices quodo gestum est bellum, ancipiti praelio, vel certe noctu lucente luna, bellatores se in vicem conspiciebant, ut conspici ad lunam licet, speciem corporis cernebant, familiarem ab alieno non discernebant, &c. Insuper ex Consequentibus ostendes quid post acre certamen alii in fugam versi, fugati atq capti, victi et in servitutem adducti sunt.

QVOTVPLCES SVT DESCRIPTIones.

Duplices

Simplices et Coniunctae.

Simplices sunt quae tantum unam rem describunt, ut est descriptio alicuius Personae, vel dum aliquas pugnas, sive pedestres sive navales, describit,

Coniunctae vero sive Compositae sunt, quae plura simul describunt, vel quae res simul et Tempora coniungunt. Ver. Gra. quando non solum pugnas, sed etiam Tempus describimus quo pugnatum est.

QVOT SVT SPECIES DESCRIP.

Quatuor.

Prima προσοπογραφια a Latinis vocatur Personarum descriptio: Est quando figura vel forma corporis, vel etiam mores depinguntur, idque partim ex antecedentibus, corporis, ut colore, statura, corpore, vestimentis, partim ex affectionibus, ut virtutibus vel vitiis, prout patet in Superiori Exemplo

Secunda πραγματογραφια. Est operis alicuius descriptio; Quando negotium aliquod per ea quae in eo continentur graphice et minutatim explicatur ut in lib. 1mo Aen. descriptio Naufragii.

Tertia Τοπογραφια. Est loci alicuius Descriptio; Videlicet Vrbis, Montis, Regionis, Fluminis, Horti, Amphiteatri, Fori, ut lib. 2do Odii Methamorph. Descriptio est Domus Somnii ibi

Est prope Cimeros longo spelunca recessu.

Quarta Hronographia. Est Temporis descriptio; Videlicet Diei, noctis, aurorae, Crepusculi, Aestatis, veris, &c. Vide descriptionem Aestatis apud Senecam in his verbis

Non sic vero novo prata viventia.

Προσοπογραφια. Dni nostri Jesu Christi desumpta ex Epistola Publii Proconsulis, quam dum Hierosolimis agebat ad Senatum populumque Romanum scripserat. Apparuit Temporibus illis nostris, et adhuc est homo magnae virtutis nominatus Jesus Christus, qui dicitur a Gentibus Propheta veritatis, quem eius discipuli vocant filium Dei, suscitans mortuos, et sanans omnes languores, qui homo quidem staturae procetae spectabilis, vultum habens venerabilem, quem intuentes, facile possunt, et diligere.

et

et formidare, capillos habens coloris nucis auelanae crematurae; et
planis usq ad aures ab auribus vero cincinnos crispos, aliquantulum
fulgentiores et humeris ventilantes, discrimen habens in medio iuxta
morem Nazareorum, frontem habens serenissimam, faciem sine ruga
et macula, barbam habens copiosam et valde capillis concolorem, non lon=
gam sed in medio bifurcatam, aspectum habens simplicem et maturum,
oculis glaucis varis et claris existentibus, nasi et oris nulla prorsus repre=
hensio, quem rubor moderatus venustat, in increpatione terribilis, in
admiratione blandus et amabilis, hilaris, servata gravitate, qui nunquam
visus est ridere, flere autem saepius, in statura corporis propagatus
et rectas manus habens, et brachia visu delectabilia, in colloquio gravis,
rarus et modestus, speciosus inter filios hominum.

Προσωπογραφία. Beatae M. Virginis Dni. nostri Jesu Christi Ma=
tris desumpta. ex Aspiphanio viro doctissimo. Erat maria in omnibus rebus
gravis, et honesta, pauca admodum eaq necessaria loquens, ad audiendum
facilis et perquam affabilis, honorem summum et venerationem omnibus
exhibens, statura mediocri. (quanquam sunt qui eam aliquantulum
mediocrem longitudinem excessisse dicant.) nulla unquam libertate dicendi
usa est adversus, quenquam sine visu et sine perturbatione, et sine iracun=
dia fuit capillo flavo, oculis acutioribus, subflavas et tanquam olivae
colore pupillas habens, supercilia ei erant inflexa et decenter nigra, lon=
gior nasus, labia florida, et verborum suavitate plena, facies non ro=
tunda, sed acuta, et aliquando longior, manus simul et digiti longiores
erant, denique omnis fastus expers simplex minimeq vultum fingens, hu=
militatem praecellentem calens, vestimentis nativi coloris contenta fuit,
id quod nunc etiam sanctam capitis eius velamen ostendit, Ac ut pauca
dicamus in omnibus rebus multa ei et Divinitus inerat gloria.

Ad Temporum descriptionem spectat descriptio noctis Aurorae etc. Tabis Ro. 4to Aer.

Tempora per terras silvaeq et saeva quierant
Aequora cum medio volvuntur faedera lapsa
— — — — cum tacet omnis ager.

DE THESI

TREDECIMO PRÆEXERCITAMENTO

AD QVID VTILIS EST COGNITIO ET EXPLICATIO THESEOS?

Vtilissimam habet Exercitationem, et cognoscaly ornate dicendi facultatem.

CIRCA HANC IGITVR VIDENDA SVNT QVINQVE.

Primo quibus Nominibus appellatur Thesis
Secundo quid Definitio ejus
Tertio quotuplex est
Quarto quo differt ab Hypothesi.
Quinto quid sit ejus Tradio.

QVIBVS NOMINIBVS APPELATVR THESIS

A Persicano ex Græco vocabulo dicitur Positio. Cic. ex Topicis vocat eam Propositum, M. Porcius Consultationem dicit. Alii Quæstionem infinitam quæ nullis circumstantiis sit limitata.

QVID EST THESIS?

Est Questio sive Argumentum quod nobis tractandum disputandumq pro=
ponemus. Prisciannus autem sic definit. Thesis est Deliberatio rei alicuius
generalis ad nullam certam Personam pertinens neq ad aliquam Partem
Circumstantiae. Ut si dicamus Solus ne sapiens sit dives, Solus ne homo
Prudentia polleat.

QVOTVPLEX EST THESIS.

Duplex

Theorica et Practica.

Theorica Thesis est quae in sola mentis complatione sita est nec ad ullam
rationem refertur, sed solam cognitionem pro fine habet, quales sunt. Utrum
Stellae sint igneae naturae, utrum mundus sit aeternus, utrum terra
est rotunda, utrum sit quinq universalia, utrum homines omnes scire
desiderent, ad hanc Thesim scientiae omnes speculativae referuntur,
species scilicet Methaphisicae Phisicae Mathematicae referuntur.
Practica Thesis est in qua quid bonum malum ne sit studiose inquiritur,
ut si quaeratur privatim ne an publice iuvenes literis informandi sint,
utrum Pauperibus conferendi sint honores Economiae, utrum Paterfami
lias primus omnium surgere, et ultimus cubitum se conferre debeat,
ad hanc Thesim omnes Scientiae Practicae referuntur, qualis est
Ethica, Polithica. Economica &c.

ALTERA DIVISIONE THESIS QVOTVPLEX EST?

Duplex

Simplex et Composita.

Thesis Simplex est, quae Unius rei veritatem inquirit Exem Gra Sit ne gloria expetenda, Sint ne comparandae divitiae.

Theses Compositae sunt, quae per Collationem rerum plurimarum instituuntur tales sunt istae, num gloria sit praeferenda Divitiis, Honestum ne sit an turpe pro Patria mori? an Eloquentia pluris sit quam Juris civilis Scientiae

Quot discrimen est inter Thesim et Hypothesim?

Istud; quia Thesis est questio infinita, nullas adiunctas habens circumstantias. Hypothesis autem est questio finita certis circumstantiarum limitibus alligata. Ut si quaeramus an bellum sit gerendum? an Urbs moenibus sit cingenda? an Seni ducenda sit uxor?

Jam autem in Thesi seu questione infinita erit Hypothesis: Ut An bellum sit gerendum Carthagiensibus cum Romanis? an Lacedaemon Urbs cingenda sit moenibus? an Platoni Seni ducenda sit uxor.

Qua Methodo Thesis tractatur?

Thesium tractandarum duplex est Methodus; Dialectica et Rhethorica.

Dialectica est in qua ratio ornatus nulla auditoris habetur, sed solius tantum explicandae rei causa omnia fiunt.

Rhethorica in qua ad captum auditoris et aurium gratiam, aut multa, aut omnia accommodantur.

Dialectica Methodus quotuplex est?

Duplex

Disserentium et Respondentium.

Disserentium constat Partibus quatuor.

Propositione
Oppositione
Suppositione
et
Resolutione

Propositio est in qua occasio et locus questionis inde sumpta sit, et sensus in quo intelligatur exponitur.

Oppositio est, in qua Argumenta in Partem eam quam falsam esse arbitrantur adducuntur, et postea per subiectam doctrinam soluantur.

Suppositio est, in qua constituitur Doctrina continens et explicans omnes questiones difficultates, certaq fundamenta eruendae ac tuendae veritatis habet, solet autem fieri frequentissime et optime per diuisiones, non nunquam per definitionem. quia efficacissima sunt instrumenta ad uniuscuiusq rei naturam.

Resolutio est responsio ad argumenta, quae in Contrariam partem adducta sunt eorumq solutio.

Respondentium tractatio Theseos quibus locis continetur?

tribus
Propositione
Hypothesibus
seu
Fundamentis
et
Conclusionibus.

Quid est Propositio?

In qua occasio controversiae et locus unde desumpta sit questio inducitur.

Quid est Hypothesis?

In quibus dogmata ad intelligendam questionem aperte exponuntur et stabiliuntur; Ex quibus omnia Argumenta in Contrarium producta facile dirimi et refutari possunt

Quid est Conclusio?

Est Propositio illa per quam sententiam nostram de questione explicamus, et quid nobis de ea verum videatur, quid non indicamus.

Nota primo conclusiones positas confirmandas esse rationibus sumptis ex superioribus Hypothesibus sive fundamentis et authoritatibus si quae pro assertione haberi possent.

Nota secundo in tractandis respondentium Thesibus aliquid praetermitti posse, Exordium breve in se continens propositae questionis commendationem, ut sic magis attenti, dociles, ac benevoli reddantur auditores.

Exemplum Questionis.

Utrum maxime Universalia sint maxime difficilia?

Propositio Inter multa quae de rebus abstrusis et arcanis naturae dicuntur questio de difficultate vel facilitate cognoscendarum rerum nobilissima est sane, quae tot ingenia solertissima multum turbavit ac prope attrivit.

Occasio questionis Ab ipso enim Corhabo Scholae Peripatheticae videtur exclusa esse, quia in ea definienda parum advertentibus, vel ambiguus vel contrarius esse videtur.

Locus Questionis Nam primo naturalis scientiae eius ordinem indicans iubet ordini doctrinam ab universalibus addens causam quod illa sint cognita necessaria et magis nota, Rursus eo loci unde haec desumpta est questio Cap. 2do lib. 1mo Divinae sapientiae. Maxime universalia, maxime difficilia esse asserit. Verum qui mentem eius diligenter examinare voluerit, eundem et constantem sententiam inveniet. Quod ut fidem habeat et lucem, antequam Philosophi sententiam interpretet; Tunc ponam ceu fundamenta futuri operis, varietatem scilicet eorum, quae sub cognitionem cadunt, facultatem qui percipiuntur diversitatem, et ipsius cognitionis differentias.

Primum Fundamentum.

Tria sunt Genera Singularia ut Socrat universalia: ut homo: universalia ut substantia &c. Jam autem universalis apud Philosophos septem significata reperiuntur. Primo pro causa 2do pro vero universali 3tio pro parte substantiae 4to pro amplitudine et continentia in se multorum 5to pro toto integro 6to pro notione singularium 7mo pro universali intelligibili, et sensibili.

Fundamentum Secundum

Instrumenta differendi sunt tria Sensus ratio et intellectus.

Fundamentum tertium

Cognitio est triplex: Sensitiva Ratiocinativa et intellectiva.

Conclusio

His breviter praesuppositis et explicatis sic deduco Philosophi sententiam: Causae universalia propria dicta simplicia Cathego remata, principia et partes totius compositi naturalis: Maxime universalia sunt maxime difficilia ut in Methaphisicis dicitur. Jam autem totum integrum, sensile, rationes complexae proxime sensui nomina universalia et ex sensu in notitiam deducta maxime universalia sunt maxime ~~difficilia~~ facilia ut in Philosophis.

Rhetorica Methodus tractandae These os quot modis instituitur.

Quatuor
Exordio
Confirmatione
Contradictione
et
Epilogo.

Nota loco Exordii posse aliquem ex institui ad argumentationem brevem ingressum qui non opus habet illis partibus quibus potissimum constituuntur Exordia. Verb. Gra. Illud de senectute si vina vetera novis praestantiora iudicamus cur senectutem iuventa meliorem laudatuq magis dignam arbitremur, cum ut illic omnia defecata et salubria, ita hic concta natura et gravia contemplamur esse Tale et illud est authoris in laudem matrimonii, si quisquam omnia pariter laudare vellet

is mihi laudet matrimonium, demissum enim ex coelo est, ipsumq rursus coelum Diis implevit. &c.

Confirmatio quibus locis Explicatur?

Si Thesis Theorica fuerit Utendum illis locis in Confirmatione ante explicatis Diluendo Probabili, his enim de veritate sobum inquiritur Si Practica fuerit dicetur ex Capitulis his Honesto Utili, Necessario, Possibili.

Quid est Honestum?

Est quod per se expetitur propter rectam et gloriosam suipossessionem, huc spectant omnes virtutes et leves sive Divinae sive humanae, laus honor, gloria, fama suentiarum dignitatesq

Utile in quo Consideratur?

in tribus.

Vel conservatione praesentium, vel comparatione sequentium commodorum: vel in elvibratione contrariorum. Ve Gra. sit ne Utile Caesari ferre Suppetias? si qui suadent ferrendas suppetias, libet aperire eiusmodi emolumenta de Cic. de Oratore inquid commendas eloquentiam ab Utili. quid tam paro regium, tam liberale, tam munificum quam opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in Civitate.

Aduerte in hoc loco considerare debes diligenter qualitates Personarum si enim auditor nobilis, vel ingenuus, vel doctus fuerit, honestatem propone Utilitati vel utrumq conjuge. Si vero auditor fuerit vulgaris et rudis, Utilitatem commodam: vel maxime enim vulgus non tam verbis ornatis, quam nummis auratis permouetur.

Quid est Necessarium.

Est illud sine quo salui liberiq esse non possumq vel Gr. ut sunt libertas, vita, pudicitia, &c. Etenim hoc eiusmodi esse perhibentur, ut sine illis vel non posset vel non debeat aliquis mortalium viuere. Hinc est apud Liuium, quod Lucretia pudica vitam sibi ob violatam pudicitiam eripuisset ne olla deinde Lucretia impudica simili exemplo viueret.

Possibile quomodo tractatur?

Si ostendaimus quidpiam sine impedimentis fieri, ubi ostendendo sunt causae efficientes et adiuuantes. Item Circumstantiae loci, temporis, Personarum. Dices atqui isti loci sunt Generis deliberatiui proprii non Judicialis ergo modo Thesis assignatur inter Praeexercitamenta Generis Judicialis. Respondetur licet proprii loci erant Generis Deliberatiui, tamen quia quaedam ad Judicialem Statum videtur proprie reuocari magis ideo recta esse Thesis inter praeexercitamenta Generis Judicialis.

Quid est Contra.

Quid est Contradictio.

Contradictio id est instantiae vel obiectionis sunt, quando dum aliquid probabile contradicere videtur, ab adversariis statim opponitur. v.g. Siquispiam dicat contra divitias, quotusquisque quem non divitiae ad Genus omne turpitudinis inflammet luxu resolvant funditusque perdant. Hae enim stultos, infelices, effaeminatos, avaros et perditos reddunt, ita et illud pro communi usurpatur, facilius est camellum per foramen acus transire, quam divitem in caelestem illam ingredi haereditatem. Contradictio igitur huic talis esse potest, sed divitiae adferunt gloriam, parant amicos, paupertas contemptos reddit, cuius contradictio solutio statim adferenda est talis, sed gloria quam opes parant fluxa est, et nihil aliud videtur esse quam adulatio

Insuper Epilogo brevi utendum et luculenter constat ex superis dictis. &

DE LEGISLATIONE

LEGISLATIO DEBET NE INTER PROGYM̃.

Non adeo manifestum est. Quintilianus enim libr. 2do Cap. 4to in=
quit legum laus et vituperatio iam maiores ac prope summis operibus
sufferendas vires desiderat, quibus verbis legislationem a Progymna=
smatibus videtur. Aphthonius autem ea reponit inter
Progymnasmata, quod cum Thesi magna sit illius similitudo

QVOT SV̄T VIDĒDA CIRCA LEGISLATIONĒ

Quatuor
- Primo sit ne Legislatio Thesis an Hypothesis.
- Secundo quod sint Legislationis Partes.
- Tertio quid sit Lex.
- Quarto quae Tractatio Legislationis.

Legislatio sit ne Thesis an Hypothesis?

Partim est Thesis partim Hypothesis. Thesis est cum nullam habet
Personam Ex. Cau. Vtrum laude digna sit laus ista qua prohibetur
nimius ornatus mulieribus.
Hypothesis est cum illam legem ad certam Personam vel circum
stantias

Quot sunt Capita quibus tractatur Ratio?

Exordium
Contrarium
Legitimum
Justum
Facile
seu
Possibile.
Honestum
Eventurum
et
Conclusio

Exordium hic ita tractari potest et in Thesi.
Contrarium autem sicuti in Chria et in Loco Communi.
Legitimum est quod communibus omnium votis est sancitum aut moribus et consuetudine introductum.
Justum vero id dicitur quod cum aequitate et natura consentit.
Quid autem utile, facile seu Possibile sit videnda est Confirmatio.
Honestum autem et Eventurum facile constabit ex Lo. Commun.
Conclusio seu Epilogus hunc in modum conficietur prout in Superioribus Progymnasmatibus.

Tot tibi sunt laudes Virgo
quod sydera cæli.

TRACTATVS DE ORNATV RHETORICO SEV DE ELOCVTIONE.

ANNO DMINI

1642

TRACTATVS
DE ORNATV
RETORICO
SEV DELEC
TV
NE

PRÆFATIO

Oratori futuro ut officium suum pro dignitate expleat quinq necessaria esse in libris ad Herennium antea diximus. Explicatis igitur quatuor in decursu præteritæ commutationis quintum et ultimum à nobis videlicet Elocutio (est dilucidandum) quo in negotio tanto magis nobis disudandum est, quanto maiora alumnis Eloquentiæ ex eo commoda proveniant. Hinc non immerito Elocutio anima Rhetorices ab omnibus dicitur esse; uti enim sublata ex hominis corpore anima amplius homo dici non potest! Pari modo si exornationes et schemmata vel tropi tollantur nihil reperiri possit quod eandem vel maxime tueri sustentareq valeat. Unde quiqui ad istum eloquentiæ gradum pervenire satagunt, in hoc ornatu olei atq operæ quam plurimum consumere debent.

QVID EST ELOCVTIO

Elocutio est ut autor ad Herennium depingit est idoneorum verborum et sententiarum ad inventionem accomodatio. Vel brevius elocutio est ornata loquendi ratio.

QVÆ SVNT APPELLATIONES ELOCVTIONIS

Elocutio ab Aristotele Græce dicitur λέξις id est dictio. a Demetrio Valereo ερμηνεια seu interpretatio, item ab Aristotele επαγγελεια id enunciatio

id est enunciatio, ab aliis φρασις Locutio teste Quintiliano, non nulli dicunt et Elocutionem esse colores Orationum, Lumina Schemata Tropos.

QVO DIFFERT ELOCVTIO AB ELOQVENTIA ET LOCVTIONE

Elocutio à locutione differt per hoc: quod Locutio est sine figuris, unicuiq vernaculum sermonem scienti communis. Elocutio autem solius est oratori propria figurata et ornata, aqua ipsa non loqui sed eloqui seu dicere dicitur in Latino orator in Græco Rhetor: ab Eloquentia differt per hoc, quod Eloquentia universum opus complectatur, definiaturq taliter, Eloquentia est copiosè loquens sapientia. Jam Elocutio solum loquendi ornate et figurate modum comprehendit.

EST NE DIFFERENTIA INTER DISERTVM ET SAPIETEM

Est maxima quia disertus est is qui potest satis accurate atq dilucide apud mediocres homines ex communi quadam opinione dicere; Eloquens vero qui mirabilius augere posset atq ornare quæ vellet, omnesq omnium rerum quæ ad dicendum pertinent animo atq memoria comprehendere.

QVOT ET QVÆ SVT ELOCVTIONIS.

Principia.

Latinitas et explanatio! quæ utraq comprendit Cicero sub nomine Elegantiæ. Latinitas est quæ sermonem purum et ab omni vitio remotum, hoc est quæ a

a Barbarismo et Solecismo conservat. Explanatio est, quae reddit apertam et dilucidam orationem, quibus fugatis est seperatim a Barbarie et vulgari consuetudine loquendi dicere! Unde sumpsit fundamentum natura Elocutionis oratoriae.

VIS ET NATVRA ELOCVTIONIS

IN QVO CONSISTIT.

In Schemmatibus seu Figuris et Tropis.

Quid est Figura

Figura est ratio quaedam quae de recto et simplici genere dicendi vel loquendi cum aliqua dicendi virtute deflectitur. Haec autoritate, venustate, consuetudine et consensu doctorum, plerumque defenditur. Utilitas illius haec ut quotidiani et semper eodem modo formati sermonis fastidium levet, tum ut nos vulgari tam dicendi quam scribendi genere defendat. Illud tamen observandum est Figuras certo numero ab omnibus comprehendi non posse! Unde notiores tantum et ea quae ab autoribus frequentius usurpantur, huc adferentur.

QVID EST SCHEMA

Schemma est quaedam arte novata tam scribendi tum dicendi ratio. Vel aliter Schemma est lumen quoddam et ornamentum quam verborum quam sententiarum, quibus tanquam insigniori ornatu tota distinguitur oratio.

QVID EST TROPVS.

Tropus est dictionis sive orationis a propria significatione incognata ornatu gratia variatio.

Quae est convenientia et quod discrimen inter Figuras seu schemmata et inter Tropos.

Convenitia haec quia tam Tropi quam Figurae formant aliquid propter

propter ornatum. Discrimen autem tale quia Tropus proprie est sermo a naturali et principali significatione translatus ad aliam propter elegantiam aut necessitatem, vel planius quia Tropus est conversio Dictionis ex proprio loco ad eum in quo non est propria Figura vero est Confirmatio quaedam orationis remota a communi et perbulgata Plebeiq dicendi ratione.

QVODVPLICA SVT SCHEMMATA

duplicia

Grammatica et Rethorica.

Grammatica rursus duplicia

Alia sunt Orthographica sive Etymologica. alia Syntactica sive alia sunt dictionis alia Constructionis.

Orthographica Schemmata seu dictionis ea dicuntur, quae circa literas et syllabas versantur

Syntactica autem ea sunt quae in consecutione atq Copulatione Verborum spectantur.

Rethorica autem Schemmata duplicia sunt. Alia sunt Verborum atq in uno verbo aut pluribus Alia rursus Sententiarum.

Ex his verbis apparet Sententia omnium Oratorum esse quadruplicia Schemmata, videlicet Dictionis, Constructionis Verborum seu Locutionis et Sententiarum.

DE SCHEMMATIBVS. GRAMTICIS SPECTATIBVS tantum ad Schemma Dictionis seu Etymologiae et Orthographiae.

QVID EST SCHEMA DICTIONIS

Est literarum aut syllabarum in vocibus transformatio a communi consuetudine scribendi dicendiq remota. huius Schemmatis est veluti Rex et Imperator

ΜΕΤΑΠΛΑΣΜΟΣ. transformatio.

QVID EST ΜΕΤΑΠΛΑΣΜΟΣ

Est aut literarum aut syllabarum in Voluq singulis transformatio a communi consuetudine et dicendi et scribendi, aut necessitatis aut ornatus causa remota. quo in genere schemmatum Poetae sunt frequentiores et audatiores Oratores, non item qui quamvis interdum concedant, tocestamen ea licentia non temere nec nisi summa necessitate urgente et auribus quibus oratio moriari debet flagitantibus utuntur.

VNDE DICITVR ΜΕΤΑΠΛΑΣΜΟΣ.

A verbo Graeco μεταπλαστο sive μεταπλαττο id est transformo.

Quot sunt Species Metaplasmi.

Quin decem.

Προσθεσις	Praepositio
Αφαιρεσις	Ablatio
Επενθεσις	Interpositio
Συγκοπη	Concisio
Αποκοπη	Abscisio
Παραγωγη	Additio
Διαρεσις	Divisio
Συναλοιφη	Abolitio
Εκθλιψις	Elisio
Εκτασις	Productio
Συστολη	Correptio
Μεταθεσις	Transpositio
Αντιθεσις	Contractio
Συναιρεσις	Sectio
Τμησις.	

προσθεσις Præpositio.

QVID EST ΠΡΟΣΘΕΣΙΣ?

Quæ Dictioni in principio aut literæ aut syllabæ adiungit. Literarum quidem, ut cognato pro Nato dicimus, syllabæ vero si tatulissem pedem pro tulissem dicas. Exemplum apud Ciceronem Pro Lege Manilia Homines gnaui et industrii in Asia negotiantur. Et apud Virgilium. primo. Ener. Oculo libauit gnato de hinc talia fatur.

αφερεσις Ablatio

QVID EST ΑΦΕΡΕΣΙΣ

Est literæ vel syllabæ necessariæ in principio dictionis ablatio. Polonice dicitur odiecie, ut superior przytoczenie Literarum quidem ut ruit omnia tale Jupiter pro eruit. Syllabarum. Ut Virgilius pone metum Cytharæa pro depone Item Ener. Sexto discite Iustitia moniti et non temnere Diuos pro contemnere.

επενθεσις Interpositio

QVID EST ΕΠΕΝΘΕΣΙΣ

Est literæ vel syllabæ superfluæ in medio dictionis positio, Literæ ut si relligionem geminata per geminationem. ll. Scribas tale illud Quidii Nauita de ventis de lobus narrat Arator Polonice dicitur wlozenie. Syllabæ ut - - - mauortis in atro Item Romanus est Carolus Inuperator

Συγκοπη Concisio.

QVID EST ΣΥΓΚΟΠΗ

Est cum vel litera vel syllaba natiua in medio dictionis tollitur. Litera ut Virgilius. - - - manet alta mente repostum pro repositum. Syllaba

— — Ut pocula porgite dexteris pro porrigite Item quales tunc epulas ipsum glutisse putamus pro glutiuisse Item — — amasse pro amauisse Hoc schemmate Oratores saepe vtuntur certis in Casibus! Ut cum Deum pro Deorum Sestertium nummu pro Sestertiorum nummorum, mala pro maxilla, dicunt Polonice wyiecie. | αποκοπη Abscisio

QVID EST ΑΠΟΚΟΠΗ

Est literae vel syllabae a fine dictionis nativae amputatio siue abscisio, Ut cum dicamus Dic Duc fac fer, pro Dice Duce face fere, quibus veteres vsi sunt. Et hic Metaplasmus commonis orationi solutae cum cum Poesi, nisi quot Poetis frequentior sit. Huc spectant illa sat pro satis, Dein pro Deinde. Virgilii etiam illud tale Claudite iam pueri viros sat prata liberunt Polonice Viecie. παραγωγη Additio

QVID EST ΠΑΡΑΓΩΓΗ

Est literae vel syllabae in fine dictionis additio. Ut egomet, dicier, amarier. Tale est illud Pers. Ad pulchrum est digito monstrari et dicier hic est. et Virg. Aine. lib. 8. Quod fieri perferre liquidoque potestur electur. Polonice do Lozenie. Διαρεσις Diuisio

QVID EST ΛΙΕΡΕΣΙΣ

Est cum dissecta syllaba duae sunt Lucretius terrai siluosai pro terrae siluosae. Ouidius Debuerunt fusos euoluisse suos Virg. Aineid. li. 9. Diues equum Diues pictai vestis et auri Συναλοιφη Abolitio

QVID EST ΣΥΝΑΛΟΙΦΗ

Est vltimae vocalis praecedentis dictionis propter primam sequentis abolitio. Tale illud Aineid. lib. 1mo. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena pro ille ego. et Rursus Conticuer omnes intenti quora tenebant Dicitur Sinalisi. ἀπὸ τοῦ συναλοιφειν id a conglutinando, quod per eam duae syllabae in vnam coalescant.

εκθλιψις Elisio

QVID EST ΕΚΘΛΙΨΙΣ.

Est consonatis m. cum vocali priore innumerando propter primam vocalem sequentis suppressio Virgilius Aene. Lib. 3. Monstrum orendum informe ingens cui lumen ademptum. Tale etillud o curas omnium o quantum est in rebus inane. Dicitur ἔκθλιψις a Graeco verbo ἐκθλίβω id est eligo Polonice wydawienie εκτασις Productio

QVID ΕΚΘΑΣΙΣ seu ΔΙΑΣΤΟΛΗ

Est syllabae a natura sua brevis extensio seu productio. Ita Virg. lib 1 Aeneid. Proselasmaticum produxit in voce Italia. Italiam fato profugus, Lavinaq venit. Littora. et alibi. Omnia vincit amor et nos cedamus amori. Item Exercet Diana choros. Ubi Di contra legem produxit. Polonice przedłużenie | correptio

QVID EST ΣΥΣΤΟΛΗ.

Est cum longa syllaba contra artis rationem corripitur, metu necessitate exigente Virg. Aeneid. lib. 1. Connubio iungam stabili properamus docebo. Ubi Na contra eius naturam corripitur. hoc et apud eundem lib. 9 Aeneid. Fervere cede nova et portas praebere patentes. Et Horatius corripuit verbum dederunt in penultima. Dii tibi Divitias dederunt artemq fruendi. Polonice μεταθεσις transpositio.

QVID EST ΜΕΤΑΘΕΣΙΣ

Est literae vel syllabae a proprio loco in improprium transportatio. Polonice przemienienie Aene 10 lib. Tymbre pro Tymbre Non tibi Tymbre caput Evandius abstulit ensis. αντιθεσις

QVID EST ΑΝΤΙ ΘΕΣΙΣ

Est literae commutatio, hoc est cum litera pro litera ponitur. Virg. lib 1 Aene.

oli subudens hominum sutor atq Deorum. Polonice admienienie
ut arbos pro arbor.

Συναιρεσις contractio

QVID EST ΣΙΝΕΡΕΣΙΣ

Est duarum vel plurium vocalium in vnã syllabam mixtura seu contractio Polonice spoiennie ut Dû pro Dii Tale Virg. Aene. lib 10. Pectore nec misero clipei mox profugit aerei. et lib. 6 Aene. seu Geo. 4to. Sea Conto fuerint aluaria vimine texta. Sic contrachia aluaria Ipse lib. 2do Aene. Edissicant sectaq intexunt abrise costas.

Τμησις sectio

QVID EST ΤΜΗΣΙΣ.

Est quando composita dictio in duas scinditur ut quomecunq pro quaecunq me Virg. lib. 1mo Aene. Et multae nebulae circu Dea fundit amictum sed haec in solutam orationẽ non cadit.

De Schemmatibq spectantibq ad Sintaxim

Schemmata Grammatica Sintactica quae sunt

Ea quae nouate et figurate Constructioni deseruiunt.

Quid est Constructio figurata.

Est forma loquendi quae familiarem et sponte fusam constructionem partium Orationis moderate et probabiliter inuertit

Quot Modis Figurata Constructio fieri potest?

Quatuor modis.
- 1mo — Cum in Oratione aliquid desideratur.
- 2do — Cum superest
- 3tio — Cum loco suo abest
- 4to — Cum immutatur

Quot sunt Figuræ quæ efficiunt ut in Oratione aliq desideretur.

septem
- Σεύγμα
- Συλλεψις
- Ἀποσιωποισις
- Πρόλεψις
- Ἀναποδοτὸν
- Συνεκδοχη
- Εκλειψις

Quid est Σεύγμα.

Quando in similibus clausulis commune aliq in una positum, in aliis non mutatum desideratur: Ut non locus virum sed vir locum honestat. Ite vicit pudorem libido, timorem audacia, rationē amentia.

Quoduplex est Σεύγμα.

triplex
- Προζεῦγμα
- Μεσοζεῦγμα
- Ὑποζεῦγμα

idest
- Verbum prius positum
- Verbum in medio positum
- Verbum in fine positum.

Quid est προζεῦγμα?

Est quando plura commata primo loco posito verbo iunguntur. Virg. lib 12 Aine. Disce puer virtutem ex me verumq laborem — Fortunam ex aliis. Cic. pro Fluentia vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia, Kochanowskij Niepomogą kule czeste Wręby mocne baszty gęste

Quid est μεσοζεῦγμα?

Quum verbum in medio positum utrumq colum vel commā copulat et ad utrumq refertur. Virg. Sociis tunc arma capessunt edico, et dira bellā cum gente gerendō Itē. lib 5 A. Mnestea Segestumq vocat, fortemq Eleantum. Kochanowskij Granicz y Zamkow budowanych, odbierał, y miast murowanych.

Quid est ὑποζεῦγμα

Est quum verbum in fine varia Cesa vel Verba iungit, ut Non te pudor a turpitudine, non metus a periculo, non ratio á furore revocavit.

Quid est Σύλλη φις?

Est cum in diversis clausulis dictio aliqua ponitur, quae cum aliis non concordat nisi mutata.

Quoduplex est Σύλλη φις?

Quintuplex

Generum, Numerorum, Casuum Personarum Temporum

Σύλληψις Generum est cum dictio communis in altera Clausula in Genere non convenit. Ut in prosequenda honestate omnis cruciatus Corporis, omnia pericula mortis et exilii parvi sunt ducenda Terentius in Andria Utinam aut hic surdus aut haec muta facta sit Item Domus, uxor, liberi inventi invito patre

Σύλληψις Numerorum est, cum dictio Communis in altera clausula non coherat nisi mutata fuerit Exemplum Sillepsis Numerorum singularis Virg. lib. i mo Aene. Hic filius arma hic purus fuit. Item Socius ex Rege recepto. Pluraliter. Discipuli et Praeceptor cessant. Virg. — — sunt nobis mitia poma. Castaneae moles et pressi copia lactis Simonides. Dametas y Tytyrus bedą nam spicarali.

Σύλληψις Casuum est cum dictio communis in altera clausula in Casu non coheret nisi mutata fuerit: ut Remo cum fratre Quirinus iura dabat, mutatur dictio sic, Remus iura dabat et Quirinus iura dabat

Σύλληψις Personarum est cum dictio Communis cum altera clausula in Persona non coheret nisi mutata fuerit. Exemplum. Personarum Sin et pene ille timore ego visa Cervi idem, ego illum de suo Regno ille me de nostra Repub. perconetatus est. Pluraliter. Terentius in Adelphis Haec si neq ego neq tu facimus non sunt egestas facere nos. Verg. Egregiam certe laudem et spolia refertis, tu quoq paterq tuus.

Σύλληψις Temporum est cum Dictio Communis cum altera clausula in Tempore non coheret nisi mutata fuerit: Ut Cum te ante ante virum ostendisti cum hic vel maxime videlicet ostendit Item. Longe nunc doctior est quam olim scilicet fuit.

ἀποσιωπησις Reticentia

QVID EST ΑΠΟΣΙΛΠΗΣΙΣ

Est Dictionis necessariae reticentia ut illud Verg. quos ego sed motos praestat componere fluctus, reticetur verbum puniam aut occidam et illud Ciceronis de omnibus nostris non audeo ad te scribere, reticetur salute.

προληψις Praesumptio seu Anticipatio.

QVID EST ΠΡΟΛΗΨΙΣ.

Est cum Generale quoddam praecedit, et idem in Partes diducitur Vergilius Conveniamus ambo tu calamos leves ego dicere versus, Ite. Aquilae volant haec ab origente illa ab occidente. Item. Duo Reges Romam auxerunt Romulus bello Numa pace et illud Simonides Południe kiedy słońce na gorętsze pali
Stada swoie do chłodu pospołu zegnali
Tytyrus Dametas Tytyrus rogate
Kozy, Dametas trapy y owce kosmate.

QVID EST ΑΝΑΠΟΔΟΤΟΝ.

Est oratio uno membro destituta: ut tu si quae monco feceris pulchre tuo commodo consules, sin neglexeris nihil amplius dicam.

Συνεκδοχη intellectio.

QVID EST ΣΥΝΕΚΔΟΧΗ.

Est cum in oratione aut totum ex parte aut pars ex toto sub intelligitur: ut Stiliops albus dentes ubi adiectivum albus

de toto Aethyope dictum est; altamen adiungit substantivo nomini dentes quod nimirum non totum Aethiopem album esse sed tantum secundum dentes ostendit. εκλειψις Defectus

QVID EST ΕΚΛΕΙΨΙΣ.

Est Dictionis sive orationculae ad legitimam constructionem necessarie in sensu defectus. In hac dictione vel clausula aut consuetudine autorum id est eruditorum consensu sub audiri solet, aut ex verbis in orationis clausula expressis certa est: ut ita fuerunt id est homines. Memini videre quid multa? ut ne multa scilicet dicam. Qui oneri ferendo non essent scilicet potentes. Ver. Proice tela mana pro é manu vel a manu Istotius Ad unguem factus homo scilicet usq; binas ate accepi intelligitur id quod de est literas.

QVOT ET QVÆ SVNT FIGVRÆ QVÆ Redundantem faciunt Orationem.

Duae { Επεύκτησις Appositio
et
Πλεονασμος Redundantia verborum

QVID EST ΕΠΕΞΗΓΗΣΙΣ.

Est immediata coniunctio substantivorum, quorum alterum ad declarationem alterius ponitur Verg. Formosum pastor Coridon ardebat — Alexim delicias Domini Ite Ignavum Tucos pecus a praesepibus arcet Simonides. Ps.

Lutnia wodz Tancow y piesni wiornych
Lutnia ochłoda mysli utrapionych.

QVID EST ΠΛΕΟΝΑΣΜΟΣ.

Est cum superoracuis verbis orationis textus, vel affirmationis vel Epitaseos

gratia oneratur. affirmando Verg. Eneidon 4to — — Vocemq is auctus hausi — Hisce oculis vidi.

Per Epitasim hoc est Vehementiam seu Exagerationem Terentius — — Sed ubi nam est gentium.

QVOT SVNT SPECIES PLEONASMI.

tres { Μακρολογία Longa dictio
Περισσολογια και Superflua locutio
Παρέλκον Adiectio syllabae.

QVID EST ΜΑΚΡΟΛΟΓΙΑ

Est cum orationi clausula redundans annectitur, vel aliter Est longior quam oportet sermo ut —

Vivat Rex Vladislaus et non moriatur Rex.
Vigiliat et non dormit — ubi —

Superfluum est non moriatur et non dormit quae ex suis contrariis intelligitur; qui enim vivit intelligitur non mortuus esse, et qui vigilat non dormire.

QVID EST ΠΕΡΙΣΣΟΛΟΓΙΑ.

Cum clausula Orationi sine ponderis rerum adiicitur. Livius ab Urbe condita octavo. Legati non impetrata pace retro domum unde venerunt abierunt

QVID EST ΠΑΡΕΛΚΟΝ.

Est cum dictio per syllabae adiectionem explendi modo ornandiq gratia in fine extenditur: ut sunt hae ferae coniunctiones, sive potius syllabicae adiectiones, num etiamnum numnum. ut Terentius Sosia videsdum

paucis te volo, satis erat dixisse ades, sed plenius est addita dum
Ite. Eodem bene vir ad me, huc spectat egomet hitemet. Verg.
Num neq parmatia notis iuga, num neq pindi ubi num
παρέλκη id est abundat.

QVOT SVNT FIGVRÆ QVÆ FACI-
VNT SVO LOCO ALIQVID ABESSE.

Una. ὑπέρβατον Transgressio.

QVID EST ΙΠΕΡΒΑΤΟΝ

Est cum dictionum clausularumq legitimus ordo immutatur. Verbaliter
Hyperuaton est transgressio quaedam verborum ordinem communem
perturbans. Cic. Animaduerti iudices omnem Accusatoris orationem
in duas diuersam esse partes. Ver.

Ite. Tres notus notus abreptas in saxa latentia torquet.
Saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras.
Si enim ordinem sequi voluisses diceres.
Notus torquet tres ~~aras mediis in fluctibus~~
abreptas naues in saxa latentia.
Quae saxa vocant Itali aras mediis in fluctibus
Cic. Hyperuaton verborum concinnam traiectionem appellat, nam
apud Oratores concinnitatis causa saepe verba transponuntur.

QVOT SVT SPECIES ΙΠΕΡ

βατη.

Quinque.

- Ἀναστροφή
- Υστερολογία τε ὕστερον πρότερον
- ~~Τρῆσις~~ ὑπαλλαγή
- Παρένθεσις και
- Σύνοχυσις.

QVID EST ΑΝΑΣΡΟΦΗ.

Est dictionum praeposterus ordo Verg. Italiam contra. Horatius Quem pene arbitrium est Ite lib. imo Satira vtia Nam vivis nemo sine nascitur et illud Verg. Errabant acti fatis maria omnia circum Ex hoc genere sunt queis sine, mecum, tecum, nobiscum vobi.

QVID EST ΥΣΤΕΡΟΛΟΓΙΑ ΥΣΤΕΡΟΝ ΠΡΟΤΕΡΟΝ.

Cum id quod secundo loco fit Orationis priorem ordinem possidet. vel, Cum quod ordine inverso narratur Vergi Aenei primo Et

Et terrere parant flammis et frangere saxa. Ne.

Postquam altos fluctus tetigit et ad aequora venit.

Prius enim franguntur fruges, et postea coquuntur, et ante ad aequora et sic tetigit fluctus.

QVID EST ΥΠΑΛΛΑΤΗ

Est quoties Oratio Converso Ordine rerum profertur Verg. Aeneid. lib 6to

Ibant obscuri sola sub nocte per umbras. — pro — soli sub obscura nocte. Aenei

Ergo sceleratam intersecit hastam — — pro — Sceleratus. Ne.

Dare Classibus Austros — — pro Dare Classes Austris.

παρενθεσις Interpositio seu Interiectio.

QVID EST ΠΑΡΕΝΘΕΣΙΣ

Est dissolutio ordinis per Interpositam Sententiam. Vel Parentis est Sensus quispiam, formam antequam absoluatur interiectus, qui quanquam eius virilis aliquid confert tamen sublatus legitimum sermonem relinquit Verg. Aeneas. (neque enim Patriam consistere mentem passus amor) rapidum ad mare praemittit Achatem Ibid. Aeneidon 1.mo Juppiter hospitibus (nam te dare iura loquuntur) hunc caelum virusque Diem Troiam profectis esse velis

QVID EST ΣΥΝΧΥΣΙΣ. Confusio.

Est quoties ordo omni ex parte confunditur. Verg. Aener. 1.mo. Vina bonus quae deinde cadis honorarat Acestes diuidit. Hunc habet ordinem. Heros Aeneas diuidit deinde vina quae bonus Acestes Sycilia Rex honorarat cadis et dederat abeuntibus Troianis Littore Trinacrio idest Siculo Horatius speciem Hyperuati donatus obscuram et confusam omni ex parte agit; quale et illud superius dictum. Tros notus abreptas. &c

QVOT SVNT FIGVRÆ QVÆ EFFICIVNT VT IMVTETVR ORATIO.

Vna Ἐναλλαγὴ

QVID EST ΕΝΑΛΛΑΓΗ

Est mutatio Generis Casuum vel Numeri atque Partium Orationis propter Communem Formulam cum ornatu quodam, et bonorum Scythorum Vsu.

Quot sunt illius species.

Plurimae; Prima est permutatio Generis dum Genus pro Genere ponitur: sic mutamus plurimam tibi habeo gratiam, pro Plurima a me tibi habetur gratia lachrimat lachrimatur, Luxuriat luxuriatur; sic in Nominibus Pileum Pileus Hoc Barbitus Hic Barbitus Hoc Barbiton.

Secunda cum Persona in Personam mutatur ut hic Populo imposuimus pro imposui. Quid facias ut Homo est ita morem geras.

Quarta Dum Numerus in Numerum mutatur Populo imposuimus pro imposui.

Quarta quando Casus pro Casu ponitur a Graecis dicitur ἀντίπτωσις vel Nominativus pro Genitivo ut vir Constans animi pro Constantis animi vel Dativus pro Nominativo cui nunc cognomen Julo vel Accusativus pro Ablativo, et appellatur aliter ἐλλιπωσμος seu Graeci sinus Roseas Lanata comas Graeca etiam imitatio est apud Verg.

Montibus in nostris solus tibi certet Amintas pro tecum vel contra te Teocritus μεχεν μοι ~~πραγματα~~ pugnamili pro mecum.

Quinta dum Passivum Verbum pro Activo ponitur: ut Fabricatus est ensem pro Fabricavit Verg. Geo. 4to Prius haustus sparsus aquarum ore Jove. Vel Activum pro Passivo. Verg. Geo. Tertio Et totam solidam in Glariem vertere Lacunae pro versae sunt. Nisi quis malit sub intelligi. &c.

pro spargens

Sexta dum est Temporis in Tempus transformatio Terentius. accedo ad pedisequas et quae sit rogo. id est accessi Cicero Aufert paucos dies id est abstulit

Septima Dum modus in modum transformatur Terentius Taule est perferre ac pati pro perferebant ac patiebantur sic dicitur si vixero id est viuam, si voles id est si volueris

Octaua quando nomen pro verbo ponitur ut apud Homerum id est late Nex Agamemnon pro late regnat.

Nona Cum Nomen Participii significationem habet Vergi. sybillae lambebant linguis vibrantibus ora pro sybillantia.

Decima Cum nomen denotat aduerbium Gelius de Socrate: Stare solitus pertinaci statu perdiuis et pernox pro interdiu et noctu. Verg. Stabat acerba tuens pro acerbe sic dicimus loquitur tumidum pro tumide, Viuit bacchanalia pro bacchanaliter Hoc genus Rufianus vocat figuram per eglogam Aduerbiorum figura inquit per egloga est aduerbiorum cum dicimus exiguum tonat tumidum, loquitur. magnum fluentem Nilum, inane sonat per saxa graue olentis auerni.

Vndecima Cum Verbum significationis Nomine gaudet Cic. Docto homini et erudito agitare est viuere pro cogitatio est vita Persius. Scire tuum est nihil nisi te scire hoc sciat alter pro scientia.

Duodecima Cum Participium pro Nomine ponitur Sallustius alieni appetens pro appetitor.

Tredecima Quando Participium pro Verbo infitiuo ponitur Teren. In arcem transcurso opus est pro transcurrere. Sallu. Illatione facta opus est pro facere vel Verbum pro supino. veniebant opitulari pro opitulatum et aliae species huius figurae sunt per multae

Nota Permutationis esse duas species, Vna dicitur Antimeria, quae est immutatio ipsarum Partium orationis.

Alia Heterosis id est permutatio accidentis.

De Sche

DE SCHEMATIBVS RHETORICIS.

Hactenus Schemmata tam Ortographiae quam Syntaxeos quoad fieri potuit perstrinximus, reliquum est ut de Rhetorum Schemmatibus dicamus.

AD QVID SCHEMMATA RHETORICA REPERTA SVNT

Vt quotidiani ac protriti sermonis fastidium leuemus Orationemq aut iucondiorem aut grauiorem, aut Elegantiorem efficiamus, tum ut tum rebus adiiciamus, et ut nos a vulgari tam dicendi quam scribendi genere maniamus.

QVARE APPELLANTVR SCHEMATA RHETORICA

Non propterea quod hisce Poetae non vtantur sed quia Poeta dum Orationem Jouis vel Jononis vel Terrae adeoq Deorum et Hominum fingit, tum temporis non Poetam sed Oratorem agit. Et si Rhetor non fuerit nihil egrogii in Carmine praestare potest; quando ergo Schemmatibus vtitur de quibus nunc agetur id Rhetorico potius iure quam Poetico facit.

QVODVPLICIA SVT SCHEMATA RHETORICA.

Duplicia

Alia Verborum seu Orationis á Graecis λεξεος

Alia Sententiarum á Graecis Λοιανιας. nomine gaudens.

Quo duplicia Sunt

Verba

Duplicia Simplicia et Coniuncta.

Simplicia rursus Duplicia

Propria et Prisca.

Propria Verba sunt certa quasi Vocabula pene simul nata cum rebus ipsis nullaq Figura modificata: Vt Homo Bos Lapis Rus Ager. Ad ea referuntur addita ad Nomen quae ab Aristotele Epitheta nominantur; Adduntur enim ad Nomen Substiua, vel ornandi vel significandi gratia: Vt Exoptatus Pater, Vigilantissimus Pastor, obsequentissimus filius

Prisca quae ab Vsu quotidiano Semota, Inusitata, obsoleta, Venusta dicuntur vt Duit Autumo etc.

Propria Verba alia aliis Consonantiora alia grauiora, alia breuiora, alia quodammodo nitidiora, alia rem magis exaurantia.

Consonantia sunt Verba quae sonum habent aptum, et praesentibus rebus accommodantur; quae enim sunt res grauiores Consonantioribus Verbis sunt efferendae.

Superlatiua autem Sonantiora sunt suis Primitiuis. Vt Jucondissimus quam Jucondior

Pluria Singularibus Vt Authoritas Patronorum quam authoritas Patroni Scelera quam Scelus.

Verbalia Nominibus Vt Dominator quam Dominus Regnator quam Rex.

Composita suis simplicibus ut Cumsceleratus quam Sceleratus Constuprare quam Stuprare

Polli syllaba ijs quae pauciorib. constant syllabis, ut Moderatio animi quam modestia Tempestas quam Tempus

Quae longis constant syllabis sonantiora sunt ijs quae brevibus ut Quanquam quam licet, Princeps quam Primus, Princeps amplissimi ordinis, quam primus in Senatu.

Vocales et Consonantes aliae sonantiorem aliis efficiunt Orationem ex Vocalibus sunt a. et. o. ut Implicatum pro implicitum errare quam dicere.

Ex Consonantib. etiam magis sonant Semivocales mutis, aspiratae tenuioribus: ut Fallaris quam Falsus. Gravia verba sunt quae magnam vim habent in significandis rebus; idq. vel Bonitatis: ut Charitas quam amor, Charitas est erga Inferiores, amor erga Parentes, Magnificentia quam liberalitas, vel Vitii ut Paricida quam Homicida; vel earum quae vim nocendi habent, ut trucidare quam occidere, Exterminare quam eiicere. Vel earum quae prosunt ut Servator Patriae quam Civis bonus. Sustentare Patriam quam Nutrire, Informare quam instituere.

Vel quae vim festinationem explanant, ut erumpit quam exit, exilit quam egreditur, fugit quam Dabit.

Lenia Verba sunt quae soni Lenioris sunt, et vim remissionem in significando habent. ut Lumen Lenius est quam Lux, Molestus quam Strox, cedere quam occidere, Lenius est quam iugulare, Commedere quam vorare.

Nitida sunt quae in Oratione maiorem habent splendorem et auribus magnis arrident, nullius rei turpis significationem habent. ut Boves.

Verba rem magis explanantia sunt haec. ut informare planius est quam instituere, Deambulare quam incedere. Opportunitas quam Occasio.

Coniuncta autem Verba sunt quae nascuntur ex coniunctione vel Verborum, et haec maxime in Figuris Rhetoricis consistunt.

Quid est Figura seu Schemata Verborum et quomodo differt a Figura Sententiarum?

Omnis quidem Figura est Conformatio artificiosa, per quam Orationis habitus mutatur, ita ut aliq supra vulgarem consuetudinem habeat ad ornatum adferendum; Figura tamen Verborum proprie est illa Exornatio, quae ipsius sermonis perpollitione compositionemq continetur

Inter eam tamen et Figuram Sententiarum hoc interest quod Verborum Conformatio tollitur, si verba mutaveris aut sustuleris

In sententiarum vero Figura etiam si verba immutes et tollas Figura tamen et sensus manet. Ver. Gra. Nunc vero q agas, quid moriaris, q denique cogites. quem nostrum ignorare putas? ubi propter crebram repetitionem particulae quid

Figura verborum est dicta Anaphora, quae si non repeteretur aut certe si immutaretur sic: omnes scimus quid agas Figura non esset, quia idem sensus maneret.

Quot modis fiunt Figurae Verborum

Generali modo fiunt tribus Modis

Primo per adiectionem cum aliq additur in oratione Ita illud Ciceronis occidi, occidi, non Spurium Menium; ubi verbum occidi Figuratum est propter adiectionem geminalem.

Secundo Per detractionem cum aliq detrahitur in Oratione: Ut illud Ciceronis abiit, excessit, evasit, erupit; Ubi propter detractas omissasq figuratè coniunctivas Particulas ornatur oratio.

Tertio Per similitudinem quando aut aliqua aequalitate vocum concinna, aut Partitq, aut Contrariis aures, et animi auditorum excitantur: Ut illud Ciceronis. Itaq Officiis ut cum gratiae Causa nihil facias, omnia tamen sunt grata quae facis, omnium igitur horum Modorum Genera et Species videamq.

DE FIGVRIS VERBORV PER ADIECTIONE FIERI SOLITIS QVOT SVT FIGVRÆ QVÆ PERA-

diectionem fiunt.

Ἀναφορα	Repetitio
Ἐπιφορα	Terminatio in fine
Εὐμπλοκη	Complexio
Κοινοτης	Communitas dictionum
Επάνάλυψις	Reassumptio
Επιζευξις	Subiectio
Αναδιπλωσις	Reduplicatio seu Geminatio Verborum.
Υποζευξις	Subiunctio
Παρονωμασια	Agnominatio
Πάρομιον	Assimile
Παριγμενον	Derivatio
Ἀντάνακλασις	Refractio
Πλοκη	Intentio
Κλιμαξ	Gradatio
Πολυσυνδετον	Multitudo Coniunctionum
Επομονι	Commoratio.
Ευνωνυμια	Interpretatio
Εξεργασια	Expolitio
Επιτεθον	Additum ad Nomen

ἀναφωρα Repetitio

QVID EST ANAΦΛΡΑ

Est cum continenter ab uno eodemq Verbo Plurima Verborum principia Summũtur. vel est; Cum eadem vox in plurimum Clausularum initio iteratur Hæc Figura pulchritudinis ac venustatis plurimum habet, sum gravitatis et acrimoniæ plurimum; et nulla orationis exornatio invenitur, quâ frequentius liceat uti ea ipsâ. Vt Scipio Numantiam sustulit, Scipio Carthaginem deleuit, Scipio pacem peperit, Scipio Ciuitatem seruauit. Item

Nihil se te nocturnum præsidium Pallatii, Nihil te Vrbis Vigiliæ, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi locus, nihil horum ora vultusq mouerunt Item

Tu in fanum prodire, tu Lumen conspicere, tu in horum Conspectum venire conaris. Verg. Egloga 2da

Dan primus Calamos cera coniungere vinos.
Instituit, Dan curat oues ouiumq magistros.

Apud Simonidem.

Orpheus morskie burze y wodny szum srogi.
Orpheus umiał błagać zagniewane Bogi.

Nota primo Anaphoram dici ab ἀναφωρο, quod inter alia significat refere, quod oratio sese referat et quasi reuertatur ad idem vocabulum. Vnde recte á Rufiano hæc Figura appellatur regressio quod oratio sæpius regrediatur ad vocabulum illud á quo inchoatum est.

Nota secundo ἀναφωρα á Græcis appellatur etiam ἐπιβολὴ id est adiectio, ab aliis παρίσωσις id est adæquatio, á nonnullis ἐπαναφωρα id est relatio.

επιφορα Terminatio in fine

QVID EST ΕΠΙΦΟΡΑ

Cicero eam sic definit: Επιφορα est eiusdem Verbi in fine extrema conuersio, dicitur ab επιφορο vel επιφορεω, quod inter alia significat sub iungo, vel aliq post alia subiuno. Vnde επιφορα Corolarium quoq significat Philosophis, Cuius Corolarii ea est natura, vt post Conclusionem id per modum cuiusdam ~~assentationis~~ consecutionis ex Conclusione inferatur, apud Medicos vero επιφορα significat fluxionem, quae in certam partem defluit ac in gruit. Itaq ea figura id quoq habet, vt sicut Corolarium in fine est, ita quoq ea figura in fine cernitur, et sicut humor ille apud medicos defluit de super in aliquem certum locum, ita haec figura defluit in extrema. Quamobrem sicut αναφορα cernebatur in verbo a quo inchoatur, ita επιφορα cernitur in verbo in quo terminatur.

Haec figura ab aliis dicitur αντεστροφη vel επιστροφη

Exemplum Cic. ex 2da Philip. ca.

Doletis tres exercitus populi Romani esse interfectos? Interfecit Antonius.
Desideratis clarissimos ciues? Eos quoq eruptit vobis Antonius.
Authoritas huius ordinis afflicta est? — — Afflixit Antonius.

Aliud Sicoratus apud Rutilium

Ad bellum suscipiendum nos impulit Philippus
In ipso belli periculo deseruit nos Philippus

Huc etiam spectat Exemplum Cuiusdam.

Quisquis Grammaticam vis discere disce Graece
Vt recte scribas non praue — — disce Graece
Si Graece nescis, male scribas omnia rerum
Lectio quam Plini delectat — — — disculo Graece.

Si quis libros sacros vis discere — — discito Graece
De versus scribas vitiosos — — — discito Graece
Argumentare quisq vis — — — discito Graece
Quisquis Rhetoricam vis discere — — — discito Graece.

Nota hanc figuram posse accidere tribus modis: Primo per Repetitionem eiusdem vocis similiter desinenti ubi apparet in Exemplis superius allatis. Secundo Per repetitionem soni et syllabarum et diversis vocibus: ut Illud pro Milone. Est enim Judices haec non scripta sed nata lex, quam non dedicimus, accepimus, legimus, verum ex Natura ipsa, arripuimus, hausimus expressimus.

Tertio Per repetitionem plurium vocum eorumdem non unius tantum: ut Illud Ciceronis Comites illi tui delecti manus erunt tuae, Praefecti, Scribae, Medici, Arrafices, Praecones manus erunt tuae.

Συμπλοκη complexio

QVID EST ΣΥΜΠΛΟΚΗ

Cum eadem verba iterantur, et in principio et in fine plurium distinctionum, sed aliud in principio aliud in fine verbum iteratur. Ut Cicero contra Rulum

Qui legem tulit? — — Rulus
Quis maiorem partem populi suffragio liberavit? — Rulus
Quis Commitio praefuit? — — Rulus.
Quis decem viros quos vocavit renunciavit? — Rulus

Et libro 4to ad Herennium.

Qui sunt qui foedera saepius ruperunt? — Carthaginenses.
Qui sunt qui bellum crudelissimum gesserunt? Carthaginenses.
Qui sunt qui Italiam deformaverunt? — — Carthaginenses.

Qui sunt qui sibi ignosci postulant? — Carthaginenses.

Interdum etiam fit Εὐμπλοκὴ per alternam plurium dictionum geminationem Ver. Gra. si dicas Unde nostra informatio? an non ex Sacro Codice.

Unde consolatium? — an non ex Sacro Codice.

Nota primo hanc figuram dici à Verbo Εὐμπλέκω id est complecto sive connecto, quia figura huius natura in eo sita est ut complicet et connectat Anaphoram cum Epiphora, Unde quicunque sciat figuram Εὐμπλοκὴν non poterit oblivisci Anaphorae et Epiphorae

Nota secundo Anaphoram esse rei cum quadam attentione efficiendae, et cum quadam sollicitudine enumerandae. Epiphora autem ad hoc ipsum efficiendum adhuc aptior est quam Anaphora, istarum autem aptissima Εὐμπλοκὴ sive complexio, Unde haec usurpanda erit quoties volemus rem aliquam perspicue et valde quam intelligenter omnibus in oculos incurrat affectumque dicentis exprimat enunciare. κοινοτος Communitas Dictionum

QVID EST KOINOTHΣ

Est cum in Principio et in fine repetuntur dictiones in diversis sententiis: Ut

Queritis novam administrandae Reipublicae formam, ad reperire meliorem quam accepistis non potestis.

Queritis maximis sumptibus faciendis quomodo ne hibita conferatis, at contribuis captas errarii opes quam cupitis augere non potestis

Queritis ut sceleratis parcatis, at ignoscendo nocientibus innocentum salutem custodire non potestis.

Nota schemma hoc cum Εὐμπλοκὴ convenire, in eo tamen differre, quod Εὐμπλοκὴ ex interrogatione et responsione eiusdem dictionis constet, κοινοτος autem ex repetitione in diversis sententiis.

επαναλυψις Reassumptio.

QVID EST ΕΠΑΝΑΛΥΨΙΣ

Est eiusdem vocis aut eiusdem soni in principio et in fine membri sive sententiae iteratio, differt a praecedentibus, quia in illis figuris dualis, aliud verbum in principiis aliud in clausulis iteratur, sic vero et in principio et in fine sententiae una eademque vox reiteratur.

Est autem triplex Primo unius eiusdemque vocis ut illud Cic. Oratione 5ta in Verrem. Multi et graves dolores inventi parentibus et propinquis multi. 4to ad Herennium Commotus non es cum tibi mater pedes amplexaretur commotus nones.

Virg. Primo Aeneidon.

Multa super Priamum cogitans super hectora multa.

Juvenalis

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Et illud Grochovii.

Kto chce wieczney na swiecie nie uznać sromoty
Cnoty że iako gruntu niechai trzyma cnoty.

Secundo Plurium vocum. Ut illud Ciceronis.

Audes nunc etiam in horum conspectum venire Proditor Patriae
Proditor inquam Patriae venire audes in horum conspectum.

Et illud Marcialis.

Rumpitur invidia quod amemur quodque probemur
Rumpatur quisquis rumpitur invidia.

Tertio eiusdem soni ut illud Ciceronis

Salutem potius eorum consulam quam voluntati;
Ubi syllaba ti. in prima et ultima dictione eundem sonum constituit

Tale cuiusdam Poetae.

Multos inuenies homines in pectore stultos.

Et illud

Jusz doznawam Rycerstwa iakoś wbitwie srogi.
Trwogi niemasz ty nazad swe powracasz nogi.

Epizeugis **QVID EST ΕΠΙΖΕυΞΙΣ?** Subiectio.

Est eiusdem Dictionis citra moram cum impetu pronunciationis ac maioris vehementiae gratia geminatio. et fit tribus modis.

Primo cum vna tantum voz continuo repetitur ita vt nulla alia intercedat Tale Ciceronis in affectu increpationis et iracundiae Tutu Antoni Caesari venienti atq omnia permiscere cupienti causam belli ciuilis dedisti.

Tale et illud

Ach Corydon Corydon quae te dementia cepit

Ite Aeneid. 9no.

Me me ad sum qui feci in me conuertite ferum
o Rutuli.

Horatius lib. 2do. Oda 14.

E heu fugaces Postume Postume labuntur anni.

Ter Secundo Cum vna tantum voz sed plures similiter et continue iterantur.

vt illud Cic.

Non est non est vobis Quirites cum eo hoste certa mens. Cum quo aliqua pacis posset esse conditio.

Tertio. Per Diacopen seu separationem cum inter duo verba similia quae repetuntur Diuersa vnum aut aliud interponitur vt illud Cic

Fuit hoc quondam fuit proprium populo Romano longe a domo bellare.

Ἀναδίπλωσις Reduplicatio seu Geminatio Verborum.

QVID EST ΑΝΑΔΙΠΔΟΣΙΣ.

Est cum ultima prioris Comatis dictio in sequentis initio iteratur, vel sic cum Antecedenti membri exitum consequentis initium facimus. ut illud Accronis

Hic autem vivit.
Vivit, imo vero etiam in Senatum venit

Verg. lib. 10mo Aeneid.

— — — Sequitur pulcherrimus astur. — —
Astur equo fidens.

Item. Egloga qna.

Certent et cignis ululae sit liturus orpheus.
Orpheus in silvis inter Delphinas Arion.

Cicero

Nunc etiam audes in horum conspectum venire Proditor Patriae.
Proditor Patriae inquam audes in horum conspectum venire.

Ite. — — Magna Reipub. spes sita est in iuventute
Iuventute inquam illa quae a cunabulis ipsis hostis tum moribus tum liberis instituitur.

Simonides

Sługo dobry służiecz głodu mieć niebędziesz
Niebędziesz iesly wiernie do roboty się dziesz.

QVID EST ὑπόζευξις.. subiunctio

Est cum singulis velus sententiis singula verba debita adiunguntur. ut illud Lic.
Extrema hiemmae apparuit, ineunte vere, incepit, Media aestate confecit.

Tale et illud Cochanouii.

Patrzai iako sniegi po gorach sie bieli
Wiatry zpulnocy wstaią. Jeziora sie scinaią
Zurawie czuiacz zymno przecz odlecieli.

QVID EST ΠΑΡΟΝΟΜΑΣΙΑ?

Agnominatio

Est iucunda quaedam vocum collusio significatur tamen tamen diuerse. Vel est quum vox repetitur non prorsus eadem, sed aliqua ex parte mutata, fit autem immutatio haec septem modis.

Primo per immutationem quantitatis siue literae siue syllabae et illud Poetae.

Medica mala quidem nec mala nec medica.

Secundo per immutationem significationis vocis vnius eiusdemq et illud.

O curas qui istas curas.

Tertio per immutationem Elementi vnius vel plurium et illud.

Iudices illos magis fames quam fama commouet.

Quarto per adiectionem Elementorum seu syllabarum et si dicas

Non licet scribere in eos qui possunt proscribere.

Item Videte Patres conscripti ne circumscripti videamini.

Quinto per Elementorum vel syllabarum detractionem et —

O fortunatam natam me consule Romano.

et illud Dic an dives ero si crimina scripsero sero

Item Sit Diuus modo non viuus

Item Magistratus illi oneri potius est quam honori.

Cic in Verrem Siciliate non praetorem sed Predonem habuit.

et Philipica Tertia Cic. Magister cuius ex oratore factus est Arator, ubi immutatio est orator Arator orare arare.

Sexto per literarum Transpositionem ut illud Ciceronis. — — —

Consul ipse magis parvo animo et parvo facie magis quam faceciis ridiculis.

Septimo per Divisionem Vocis — — ut illud

Quid facies facies veneris cum veneris ante.
Ne sedeas sed eas, ne pereas sed per eas.

παρομιον Assimile

QVID EST ΠΑΡΟΜΙΟΝ.

Cum Verba diversa orationis ab ijsdem literis Summuntur: Tale illud Exemplum illius apud Ennium.

O Ti te tate ta ti tibi tanta Tyranne tulisti.

Item illud cuiusdam Comiti.

Quicquam quisquam cuiquam quod convenial legee.

Item illud apud Ursinum in orthographia

Valentine veni vide vobatus Vulturum.

Item illud.

Carmina clarissimo parvis curtata camenis.

QVID EST ΠΑΡΙΓΜΕΝΟΝ. derivatio

Cum a Verbo uno Principe loco posito derivantur reliqua verba inferiori loco posita ut Ita me hic amoenitate amoena amoenus oneravit dies. et illud Poetae — —

Gratia quae tarda est ingrata est gratia namq.
Quae fieri proferat gratia grata magis.

Αντανακλασις Refractio.

QVID EST ΑΝΤΑΝΑΚΛΑΣΙΣ

Est cum idem verbum non nihil mutatum sed alia significatione repetitur. Haec figura venit a verbo αντανακλαο id est refringo seu reverbero, Vnde αντανακλασις pro prie reciproca motio sive reverberatio, ut in Ludo Pilae fieri solet. Haec Paronomasia vicina, sed rarior huius usus est. Vt amari iucundum est si curetur nec quid sit amari.

Ad Proculeius querebatur de filio quod expectaret mortem Patris, cumq filius respondisset ego vero non expecto imo (inquit Pater) rogo ut expectes. Expectat mortem hominis qui eam optat et expectat qui nihil molitur ante mortem, sed aequo animo fert illam venientem. Item Veritas oppugnari potest sed non expugnari ut illud Poetae

Quis neget Aeneam magna stirpe Neronem
Sustulit hic Matrem sustulit ille Patrem

QVID EST ΠΛΟΚΗ? — Intentio.

Est repetitio vocis nunc Personam et rem, nunc qualitatem eius significantis, ut Cicero

o consules si modo consules

et illud Verg.

Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis

QVID EST ΚΛΙΜΑΞ Gradatio

Cum ab uno ad aliud veluti per scalas ascendit oratio, deinde in illo quod est summum consistit; Haec figura valde ingreditur in oculos et animos audientium, quae est Demosthenis Graecorum oratorum longe Principi per usitata fuit admodum. Exemplum Ciceronis pro Milone

Neq vero se populo tantum sed et Senatui commisit

Non Senatui modo sed etiam Publicis praesidiis et armis, neq ijs tantum, sed etiam eius populo cui Senatus totam Rempublicam commisit

Item Pueritiam excepit adolescentia, Adolescentiam iuventus, Iuventutem aetas virilis,

Aetatem virilem, virilem aetatem, senectus, senectutem mors, mortem immortalitas

Neglegentiam parit errorem, error lapsum, lapsus flagitium, flagitium consuetudinem, consuetudo impudentiam, impudentiam mentem improbam, mens improba desperationem.

In urbe luxuries creatur, ex luxuria constat avaritia, necesse est, ex avaritia erumpit invidia inde scelera et maleficia.

Et Vergilii

Torva Zeena lupum sequitur lupus ipse Capellam
Florentem Citisum sequitur lasciva Capella

Eadem figura fit venustior et potentior in affectu excitando si cum Epamorphosi id est correctione iuncta fuerit ut illud Ciceronis

Quid enim per Deos proeque Reipublicae prodesse nostra legatio, prodesse duo? quid si obfutura sit? obfutura? quid si etiam nocuit?

QVID EST ΠΟΛΥΣΥΝΔΕΤΟΝ.

multitudo coniunctionum?

Est cum oratio multis coniunctionibus connectitur ut apud Ciceronem.

Pomporium et hortari et orare et iam liberius accusare et monere ut magnam infamiam fugiat non desistimus, Thesiodus.

Clioq Euthepaeq Thaliaq Melpomae Therpsichoraeq
Eroathoq Polimia Urania Caliopaeq.

Ver. 4to Ge.

Deum namq ire per omnes
Terrasq tractusq maris Coelumq profundum.

Et etiam in Schema Dianias vesilit, si sensus crebris vocabulis concidatur.

Cic. pro. Caio Ret. Quapropter equidem et Cai Marii et Caetororum virorum

sapientissimorum ac fortissimorum Civium mentes tessor; Ille pro illorum fama, gloria, memoria, non secus ac pro Patriis Fanis atq Delubris propugnandum putare ac si pro illorum laude.

QVID EST ΕΠΙΜΟΝΙ? Commoratio?

Cum id quod in causa firmissum pluribus verbis idem pene significantibus exponimus: Et illud Cic. Diem credo mihi dixerat, multam irrogaverat actionem Perduleionis intenderat.

Et illud Poetae

Crescite funerei diducto pectore luctus
Crescite squalenti mordaces corde dolore.

et illud Kochanovii de obitu filiae

Wszystkie płacze wszystkie łzy Heraclitowe
I lamenty y skargi Simonidowe
Wszystkie troski y wszystkie wzdychania
I żale y frasunki y tesz tak łamania.

QVID EST ΣΥΝΩΝΥΜΙΑ? Interpretatio.

Est cum multa eiusdem fere significationis eidem attribuuntur. Vel est. Cum eadem res aliis verbis idem prope significantibus explicatur et apud Livium. Tempus est ditia stipendia facere magna opera pracia mereri. Ite Rempublicam radicitus evertisti, Civitatem funditus deiecisti. Cic pro Ligario. quid enim ille tuus Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat, cuius latus mucro ille petebat? quis sensus armorum tuorum? quae tua mens, oculi manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Quam multae hic sunt voces idem fere significantes, gladius, mucro, arma, sensus mens animus, cupiebas optabas. Tum quod orationes eodem spectantes, distringere aciem gladium, latus petere, sensus armorum Item Vergilius

Quid puer Ascanius superat ne et vescitur aura
Aetherea, nec adhuc crudelibus occupat umbris?

Nihil aliud hic querit nisi an adhuc superest Ascanius, sed ex affectu rem eadem tam expressit. Nota hæc figura appellatur etiam ερμηνια ab aliis παραφρασις ab aliis

QVID EST ΕΞΕΡΓΑΣΙΑ Expolitio.

Est cum idem sed aliis subinde Verbis orationibus, Sententiis, Figuris auctum dicimus. Et est duplex Verborum et rerum. Verborum Expollitio Interpretatio dicitur a Græcis Συνωνυμια quæ supra. Expollitio rerum est, cum unam atq eandem rem aliis atq aliis modis tractamus et in ea heremus et immoramur, ita tamen ut aliud atq aliud dicere videamus Tale Ciceronis pro Deiotaro. Nota est tibi Cæsar hominis probitas, noti mores, nota constantia, qui pro quo Nomen populi Romani laudavit Deiotari, gravitas, Probitas, fides non sit audita. Ab aliis Expolitio nihil aliud fere videtur quam expolita probatio vel argumentatio explicata, pro copiosissima Expolitio Septem constat Partibus Propositione, Ratione duplici, Sententia, Cui ratio item duplex subiicii potest, Contrario, Simili Exemplo et Conclusione.

QVID EST ΕΠΙΤΕΤΟΝ Additum ad Nomen.

Quando Uni Substantivo adduntur plura Adiectiva, hoc tamen fieri debet in oratione, nec crebro, nec longe, nec intempestive id est in re et in loco proprio Tale est illud Cic. Dicam de admirabili et prope Divina Pompei Virtute et illud Vergilii Æneid. 3tio.

Monstrum horrendum informe ingens cui lumen ademptum.

DE FIGVRIS VERBORVM PER DETRACTIONEM FIERI SOLITIS.

QVOT SVNT FIGVRÆ

QVÆ FIVNT PER DETRACTIONEM

Ἀσύνδετον — Sine Coniunctionibus
Ἑρμός — Orationis Series
λιπτότη — Defectus
Ἀνακοίνωσις — Communicatio.

In ordine hoc ponuntur etiam 7mæ illæ Figuræ superius explicatæ.

Συνεκδοχή — Ἐκλείψις
Ἀποσιώπησις — Ζευγμα
Συλλήψις — Πρόληψις | Ἀναποδότον.

QVID EST ΑΣΥΝΤΕΤΟΝ? Sine Coniunctionibus

Cum Membra Orationis sine vllo Coniunctionum vinculo proferuntur. Vt illud Cic. Hæc stadia adolescentiam alunt, Senectutem oblectant, Secundas res ornant, aduersis perfugium præbent, delectant domi, non impediunt foris, Pernoctant nobiscum, Peregrinantur, Rusticantur, Item apud Eundem Catrina 2da abiit excessit euasit erupit, Huc spectat et illud Veni vidi vici. quibus verbis Cæsar debellato Farnace Rege Pontico ad Senatum scribens, victoriæ celeritatem significauit. Verg. 4to

Ferte citi flammas date tela impellite remos.

Hac Figura præcipue vtimur vbi celeritatem rei gerendæ significabimus

et Grochouii

Zapłaty dziebność niema, Czne nauki
Głodne boleią bez swey chleba sztuki.

QVID EST ΕΙΡΜΟΣ. Orationis Series.

Est cum Vniformis continuatae orationis Series, Vnius casus tenorem ad Clausulam usq; protendens. Vt illud Cic. in Verrem. Me defensorem calumitatum suarum, me Vltorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem causae totius esse voluerunt.

Ver. Aene. 6to.

Principio Coelum ac terras compos q liquentes.
Lucentemq globum lunae Titaniaq astra spiritus intus alit.

QVID EST ΛΙΠΤΟΤΗ. defectus.

Est quia minus dicitur et plus intelligitur. Verbi Gratia. Vt

Inimicus tibi sum minime id est amicissimus.

Ver. Aene. 7mo. Munera nec sperno - - id est libenter accipio.

Ite. Quid prodest quod me ipse animo non spernis Aminta id est libentissime amas.

Ite Geo. 8tio Nec mihi displiceat maculis insignis et albo id est valde placet.

Haec figura commiter fit cum duae negationes pariunt orationem affirmativam.

QVID EST ΑΝΑΚΟΙΝΩΤΣ. Communicatio.

Est cum adversarium Consulimus aut cum Iudicibus quid faciendum sit, aut quid factum oportuerit deliberamus. Vt Cic. Haec cum videram quid agerem iudices? Scio enim tunc non mihi vestrum studium sed meum prope vestro defecisse, contenderem contra Tribunum Plebis privatis armis, vicissent improbos boni fortes inertes?

Item Si idem casus tibi inciderat cedo quid faceres? in hoc turbulentissimo rerum statu date consilium quid mihi censetis faciendum? Hic tuam appello conscientiam an feres hoc quod ab alio factum, quod tibi nunc vis esse impune?

Antius Tu si hic esses aliter sentias. Quid si tua res ageretur quid suaderes

Cic in Ver. Quid deinde? quid censetis? furtum fortasse aut praedam aliquam?
Hoc schema dubitationi est fere simile, habetq tim vivendi ac obiurgandi.

QVOT SVNT FIGVRÆ IN QVIBꝰ ALIQVID SVO LOCO ABEST

QVID EST OMOIOTEΛEVTON

Est cum dictiones Verborum vel Sententiae ipsae similiter exeunt Vt Viuis inuidiose, delinquis studiose loqueris odiose. Melius a sapiente corripi quam stultorum adulatione decipi. Cicero Mea autem quid pudeat qui tot annos ita Viuo Iudices, Vt ab illis nullo me unquam tempore aut commodum aut otium abstraxerit, aut voluptas auocarit, non somnus denique retardarit. Ite pro M. Celio Qui armati Senatum obsederint, magistratibus Vim intulerint. Reipublicae oppugnarint et Ver. 6to Aetne

Tabiby orabat dictis oraszq tenebat.

Simonides

Komu Bog co obiecat zazdrość nieukradnie.
A czego nieobiecat ÿ zgarści wÿpadnie.

ΟΜΟΙΟΠΤΟΤΟΝ similiter cadens.

QVID EST ΟΜΟΙΟΠΤΟΤΟΝ.

Cum Verba Casibus Vocis similia inter se Componuntur hoc modo. Merentes, stentes, lachrimantes, Commiserantes, Sallustius Laudas hominem egentem Virtutis, abundantē felicitatis Ite Nunquam fruetur Sapientia cui incusa est industria. Ite Cicero. Tandem aliquando Quirites Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem, pestē nefariam Patriae molientem, Vobis atq huic Vrbi, ferum flammā, minitantem eiecimus Ver. 3tio Aine. Nec visu facilis nec dictu affabilis Vlli.

Grochovius

Wara wara na stroną frasunki troskliwe
Vstąp nedbo, kłopoty vstąpić strasliwe

QVID EST ΠΟΛΥΠΤΑΤΟΝ. multos habens Casus.

Est cum iteratur Verbum in Casibus Vocis immutatum, Casus autem hic intelligunt non tantum Nominum sed Cuiusvis Nominis aut Verbi a Primo Themate sive Numero Genere, Casu, Gradu, Persona Modo Tempore. desinentis Variatio et sit tribus Modis. Primo in diversis Casibus et Numeris. Exemplum Diversorum Casuum. Quam Provinciam tenuistis a Praedonibus liberam per hosce Annos? quod Vectigal Vrbis tutum fuit? quem socium defendistis? Cui praesidio Classibus vestris fuistis? Iteratur dictio, quam, quod, quem, cui, Et lib. 4to ad Herennium Alexander Macedo summo labore ad Virtutes a pueritia Confirmavit, Alexandri Virtutes per orbem terrae cum laude et gloria vulgatae sunt. Alexandrum omnes maxime metuerunt ite Plurimi dilexerunt. Alexandro si vita longior data esset Oceanum Macedonum gloria transvolasset Ite Senatus est Summi Imperii Consilium, Senatui Reip. Cura mandatur, ad Senatum in dubiis periculosisq rebus omnis civitas respicit et ovidii

Heu quantum scelus est in viscere viscera condi.

Polonice

Dobre złoto przy cnocie,
Lepsza cnota przy złocie.
Trudno o cnotę w Nędzy,
Trzeba do niey pieniędzy.

Exemplum Numerorum Grata semper singulis fuerunt, quae commodi eorum causa constituta sunt; Gratum ille superior Africanus Senatoribus fecit, qui primus eius ordinis subsellia a populo liberavit.

Secundo in Diversis Generibus aut Comparationum Gradibus. Exemplum diversorum Generum. Pulchra autem haec fama contigit Civitati, si optime meritum Civem damnaverimus, pulchrum erat Exteras Nationes existimare infestiores nos esse bonis quam malis, pulchre Communibus utilitatibus consulemus si nos oppressos et hostes cupiere nos circumvenerimus. Cic pro Archia Pleni omnes sunt libri, Plenae sapientum voces, plena Exemplorum vetustas. Plaut. in aulularia Venio ad macellum rogito pisces: indicant caros, agninam caram omnia cara.

Exemplum Graduum Comparationis Magnus cogitandi amor, maior scribendi, maximus dicendi Polonice.

Straszna śmierć, straszne Piekło, straszniejszy sąd Boży
Nie ieden się tam za swe występki zatrwoży

Tertio in diversis Casibus Generibus Modis et Temporibus. Ut illud pro Roscio Si quis istorum dixisset quos videtis adesse, in quibus summa authoritas atque amplitudo est, si verbum de Rep. fecisset, id quod in hac causa fieri necesse est multo plura dixisset quam dixisse putaret. Ego etiamsi omnia quae dicenda sunt libere dixero, ne quaquam tamen oratio mea similiter exire atque in vulgus emanare poterit.

ἰσόκωλον Hebrum.

QVID EST ΙΣΑΚΟΛΟΝ.

Est dum duo vel plura membra vel absq nexu vel cum eo compolita proferunte Hoc modo, vide quantum infelicitatis uno crimine tibi conscivisti, Patri monium prodegisti, Parentes in luctum coniecisti, Amicos abalienasti, famam contaminasti, Deum ad iram provocasti, Re Nec Reipublicae consuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis restitisti, Hoc schema cum inse orationis membra continet, quae ex pari fere numero syllabarum constant Parison id est pro aequale nominatur: Vt in Prolio Pater mortem oppetebat domi filius nuptias comparabat, Scipioni virtus et Reip. profuit et hostibus terrori fuit, et sibi aeternum cognomen Ego Consilium nummis et sanguine iuvi; tu me dolo arte et gladiis invasisti Maxime Periodi probantur quae tribus Partibus membris constant, quanquam nihil vetat et duobus uti et pluribus et uno gratiam autem amittunt si sint longiora, Membrorum autem aequalitas non digitis sed aurium sensu quodam diiudicanda est Nota omiotelenton ita ab Isocolo differe, quod illud et comata et cola recipiat hoc vero solum modo colis constet. sed de hoc fusius alibi.



QVID EST ΑΠΟΡΙΑ Dubitatio.

Est cum dubitamus quid nam potissimum inter duo pluraue dicendum sit aut faciendum et fit dupliciter: Primo nude et simpliciter, scilicet sine ratione et responsione ut Cic. pro Cluentio, Non dico iudices hoc tempore id quod nescio an dico oporteat illum maiestatis esse damnatum et Ouidius. Nescio qua natale solum dulcedine cunctos.

Ducit et immemores non sinit esse suos.

et Kochanowski

Nieuiem co bieÿ czÿ wsmutku ia wnie sie zalowac
Czy ly sie zprzÿrodzeniem gwaltownie mocowac

Secundo coniuncte cum dubitationi subiicitur ratio et responsio aliqua ut Philippica 2da. quid putem? contemptum ne me? non video nec in vita nec in gratia, nec in rebus gestis Et apud Verg. Aene 4to.

Vbi Dido sum ipsa quo tenebatur resoluit dubium inquiens.

En quid agam? rursus ne procos inuisa superbos.
Experiar? numidumq petam connubia supplex
Quos ego iam toties sum dedignata maritos
Iliacas igitur classes atq vltima Teucrum
Fata sequar — — Hic est sola Dubitatio
Quin morere ut merita est ferox auerte dolorem
Et dubitationi propositae resolutio atq responsio subiecta.

QVID EST ΔΙΑΛΟΓΣΜΟΣ. Sermocinatio.

Est cum apte Personam aliquam loquentem fingimus. Vel aliter Est cum Orator quasi duarum Personarum gerens loquitur secum, et quasi Duorum sermonem instituit, cuiq autem Personae affingit sermonem augmentum cum decoro Exemplis. Διαλογισμοι ex Oratione pro Sexto Roscio Amerino, odium igitur acerrimum Patris in filium ex hoc opinor erued, quod hunc vari

esse patebatur, num quid aliud. Imo vero inquit est, nam istum exhe=
reditare in animo habebat, Studio nunc dicis aliquid quod ad rem perti=
neat, nam illa opinor tanquam concedis, levia esse atq inepta convivia
cum Patre non inibat, quippe ne in oppidum quidem nisi per raro
veniret, domum suam istum non ferre quispiam vocabat, nec mirum
quem neq in Urbe viderit, neq rum vocaturus esset.

Verum haec tu quoq intelligis esse nugatoria illico quod cepimus videamus:
Huiusmodi Dialogismorum magna est copia ibiq apud Ciceronem. Tale
est illud in Divinatione cum refutationem aggreditur ibi; quid ad
haec dici potest, non enim quaero quid dicturus sit.

Nota Primo figuram esse per accommodatam istam cum ad res e=
mergit exponendas et ob oculos statuendas

Nota Secundo Huius figurae fere semper permistam esse adiectionem,
quae constat interrogatione et responsione.

Nota Tertio Dialogysmum esse posse duplicem, aut verum quod videli=
cet ea inducantur quae esse potuerunt, aut fictum qui ornatum
gratia et eveniae causa adhibetur.

QVID EST ATIOΛOTIA Redditio.

Est qua Propositionis alicuius ratio redditur et fit dupliciter: Primo
quando quasi alio interrogante ipsi nobis respondemus, et responsioni
rationem subijcimus: Ut illud in Cluentio. Maiores nostri si quam mulie=
rem damnabant supplicio, in uno peccato multorum maleficiorum
convictam putabant Quapropter hic est interrogatio, quoniam quam
impudicam indicarunt eam veneficii quoq ream complexi esse exi=
stimabant. Hic est responsio Quia ita quia necesse est eam quae
suum corpus adinvexerit cupiditati, timere per multos Hic est
est responsionis ratio

Tale Kochanowii

Secundo sit modo per Expositionem Causae absq Illa interrogatione, quale aliquid dicamus in oratione et illud Cic. contra Verrem. Omnes qui aliorum nullis impulsi inimicitiis, nulla primatio lesi iniuria, nullo praemio adducti in iudicium Reip. Causae vocant. Hic est Expositio Sententiae propria. Jam vero hic Legem enim sibi inducunt, innocentiae Continentiae, virtutumq omnium Est Expositio rationis.

Tale et Kochanowii.

Wszystko myslywcy na tym biednym swiecie
Mocnieyszy na tymze zawsze podleyszego gniecie.

QVID EST ANTITETON. Contrariusive oppositio.

Est cum oratio ex Contrariis Verbis efficitur et illud Cic. Ex hac parte pugnat pudor illinc libido, hinc fortitudo illinc audacia et hoc. Assentatio habet principia iucunda exitus amaros. Simonides.

Tem prawem swiat ten stanal szkody skorzysciami
Mieszaia sie, dzis slonce iutro zas chmurami
Niebo sie czerni nie iest godzina iednaka
Moze byc z Pana zebrak moze Pan zebraka

QVID EST ANTITEΣIΣ. Contentio.

Est Cum verbum verbo pari potestate per Contrarium redditur: Ut illud Neq in bona segete nulla est spica mala, neq in mala segete non aliqua bona spica. et hoc omnis incommoditas sua fert secum incommoda, et omnis incommoditas habet quoq sua commoda.

QVID EST ANTIMETACOΛI

Commutatio

Est cum duae Sententiae inter se contrarie ita proferuntur ut a priore posterior proficiscatur tale est illud Galriae Ducis Multo formidabilior est exercitus Cervorum Duce leone, quam leonum duce Cervo Huc spectat et illud

Esse oportet ut vivas non vivere ut edas.

Kochanowsky.

Biedna starość wszyscy cię czekamy
A gdy przyjdziesz to zas narzekamy.

QVID EST ANTIΣΤΡΟΦΙ Conuersio.

Cum id quod contra nos positum erat, retorquemus. Ita si dicat, contra te quispiam Quia peccator es o homo ad Deum venire non audeas. tu per dictam figuram retorquebis dictum istud, imo quia peccator sum ad Deum venire debeo. Haec Figura similis est Epiphorae.

Et hae sunt Figurae Rhetoricae in verbis spectatae, caeterae si quae sunt, ut sunt a nonnullis assignatae quae ad supra dicta commode revocari possunt, ne longiores videantur, omittuntur.

Nota ἀπορία Διαλογισμος et Ἐπιολογία pertinent magis ad figuras Sententiarum.

DE FIGVRIS SENTENTIARVM

QVID EST SENTENTIA

Est Oratio ex Nomine et Verbo conflata, animi sensum et cogitationem significans et proferens.

Quot Modis sentiæ Animi et Cogitationis significari proferiue possunt.

Duobus Modis

Primo simpliciter, nude quiete ut cum ita loquor homo est compos rationis. Secundo modo cum affectu, motu, et apparatu quodam, ut cum idem sic proferam, quid enim num homo compos rationis non est. Primus Modus loquendi est Dialecticorum. Philosophorum et vocatur sermo Posterior est Oratorum et vocatur Contentio.

QVID EST FIGVRA SENTĒTIARV

Est Exornatio quæ non in verbis sed in rebus ipsis habet dignitatem Datur et secunda definitio talis. Et sensus et cogitationis per affectum aliquem et motum effermatio, qua primum animi nostri habitus et quasi gestus significatur, deinde similis in animo auditori excitatur

QVOT MODIS FIVT FIVRÆ SETETARV.

Cum in nobis varii et varii tam ex ratione quam ex concupiscentia et ira soleant esse affectus, ijq nunc leviores nunc vehementiores, ad ipsum tantum per orantem alii alii etiam ad auditorem spectantes; Idcirco et ipsae sententiae figurae, per quas affectus exponi et excitari solent variae ac variae sunt, de quibus ordine suo agemus, et primo de Figuris ex commotione rationis proficiscentes.

QVID EST ΕΚΦΑΝΗΣΙΣ. Exclamatio

Est orationis conformatio, qua modo admirationis affectum modo dolorem, hilaritatem modo, modo indignationem cum compellatione Personae, aut rei cuiuspiam, modo reliquas animi passiones ostendimus. admirationis satis est expressus locus pro Ligario in his verbis. O Dementiam admirabilem Marcus Cic. apud te defendit alium in ea non fuisse, in qua se confitetur fuisse. Huc spectat et hoc o Tempora o mores, o incredibilem audaciam, o impudentiam praedicandam, o foeditatem hominis, o nequitiam, libidinem non ferendam Et 4to Aen.

Quis novus hic nostris successit sedibus hospes.

Doloris affectum expressum habes pro Milone o frustra suscepti mei labores, o cogitationes inanes meae et secundo Aen.

O Patria o Divum Domus Ilium et inclita bello
— — — — — — moenia Dardanide.

Kochanowskij.

Nieszczęsne ochędostwo załoszne ubiory
Mocey naymilszey cory
Niestytysz y posąk y ona
W wiedney trumnie zamkniona.

Hilaritatis affectus expressior secunda Cathi. o fortunatam Remp. Si quidem hanc sentinam huius urbis cieverit. Et Terentius
Dii boni quid porro.

Kochanowskij

Idzmy gdzie nas Bog wiedzie a dawnych niew
Czasow zapomniawszy, wszelakych zazywaimy wczasow.

Indignationis Exemplum Cathi ima o Tempora o mores, Senatus id intelligit, consul videt, hic tamen vivit &c. Et Ver. 4to Aine.

— — — — Tu nunc Carthaginis altae
Fundamenta locas pulchrumq uxorius urbem
Exstruis heu Regni rerumq oblite suorum.

Kochanow.

Cosz to widzy zaniewola zechcący giniemy
Pewnie ktąsky y Hanby widzę niemy niemy

Caeterorum affectuum plena sunt apud Authores Exempla, et exprimi solent, particulis his o heu eheu hei ah.

QVID EST ΕΠΙΦΟΝΙΜΑ Acclamatio

Est quae tractato aliquo Argumento in fine sententiae subiiatur. ad amplificandam admirationem, ratione, honestatis, utilitatis, difficultatis, recalicuius, sitq per has particulas, adeo, tantum multum &c. Tale Plinii.
Adeo in rebus quoq damnatis etiam nullis, sunt aliqua remedia.
Tale Verg. Geri. 2do.

Adeo a teneris assuescere multum est. et apud eundem
Tantum mihi erat Romanam condere Gentem.

Vbi Poeta post Expositas omnes causas quibus adducta Juno odio prosequebatur Troianos in fine tamen subiicit Exclamationem.
Schema hoc Epigrammatis admodum est peculiare eodem Valerius Maximus vtitur frequenter.
Item Seneca suas Epistolas fere claudit Epiphonemate, nec immerito conuenientius enim adhibentur in Epilogis in quibuscunque, praecipua sunt in toto argumento infinguntur auditorum animis, apte tamen et singulis partibus adhibentur interdum, veluti si quis dehortatus á temere iurando, sic exclamet, qui sine causa assuevit iurare is et peierabit, sic qua inuitat causa vel si quis insectatur vitium ebrietatis, hoc modo claudat, cui placet ebrietas, placet et insania. Item qui humanitatis putat amicum porrectis poculis, ad temulentiam adigere. Item humanitatem appellat amicum dementiae venenum dare. etc.

Tale Simonidis.

Trudno stateczności vszyć niechay zły wiatr wieie
Jako chce ona iednak nietracić nadzieie.

Nota Hoc schema vbi gratiam habet si commodum indicat, sic frequenter et affectate positum tedium adferret, et quod grauissimum est fidem diminuet dicenti.

QVID EST TNOMH

Sententia.

Est Conformatio Orationis, quae quid in vita cuilibet moribus sit sequendum aut fugiendum generatim et breuem doctrinam continet qualis est illa Cic. Carum esse cuiem de Rep. mereri, laudari diligi, gloriosum est, metui vero et in odio esse inuidiosum est, detestabile, rabelle caducum. Item Optima hereditas á patribus traditur liberis omnique Patrimonio praestantior gloria, virtutis rerumque gestarum. et illud Publii Jsiri. Auaro tantum deest quod habet quam quod non habet, habet quod vult qui velle quod sat est potest.

Ex Horatio. Cochanovii

Czego za zwieca skorupa na wrzała
Ten zapach długo w sobie będzie miała.

Nota poni in omnibus figuris sententias, sed tamen cavendum est ne sint nimium crebrae, denestior enim est vestis gemmis tincta, quam tota gemmis cooperta, tamen videndum est, ne praeter decorum adhibeantur, absurdum enim est, sic in re ludicra sententiae adhibeantur.

Nota Secundo sententiam a Graecis duo nomina habere, dicitur enim γνωμη et ἐννια, sed voces hae sic inter se differunt, quia γνωμη est memorabilis, et insignis sententia omniumque iudicio et sensu approbata. Talis est illa Philip. 10. Declarasti verum esse id, quod ego verum sensi minime alterius qui suae virtuti confidere invideret. Ennia vero est sententia qua sensus explicatur, quae tamen nullam certam Personam includit: uti haec invidet sibi ipsi supplicium et obsequium amicos veritas odium parit. Stat ad Personam refertur, talis est illa in Plauliana non potest exercitum continere is Imperator qui se ipsum non continet. Vel ad rem aliquam pertinet ut nihil tam populare quam bonitas, et Legis est persuadere non vi et minis cogere.

Sententia item alia est simplex alia coniuncta sed de istis dictum est in Aphthonio.

Item omnis sententia aut est Theorica aut Practica. Theorica ad contemplationem et contentionem pertinet, quid sit aut oporteat fieri, ut Exc. Gra. et quisquis vir improbus ita difficilime alios improbos suspicatur. Πρακτικα est quae in Actione versatur, ut illa tempori cedat, hoc est necessitati parere, semper est sapientis habitus. Item sententia aut recta est et pura hoc est nullo schemate Rhetorico ornata, ut illa omnia tempus edit tacitusque senescimus annis. Atha configurata aliquo ornata convenientia. Et erit vel interrogativa, ut usque adeo.

vt vsq arduum mori miserum est. vel Epiphonematica vt Dii immortales quam magnum est Personam in Remp. tueri Principis, quae non amicis solum sed oculis debet servire Civium.

QVID EST NOHMA Intellectio

Est commore dictum certae Materiae accommodatum, vt si dicas Socrati Patria erat vbicunq ei bene erat, Alii sic hanc Figuram describunt Intellectio est Sententia quae obscure vult intelligi id quod non dicitur, scilicet occulte significatur id quod auditor, per seipsum diuinare et colligere possit, vt Athenienses verbis et litens bellum aduersum gerebant, vbi auditor loquacitatem Atheniensium colligere per se potest

Tale Kochanowii

Koziel kto go zna piwszy do pułnocy.
Niemogł do Domu trafić o swey moiy
Vyrzawszy kogoś słuchać Panie młody
Proszę cię niewiesz ty moiey gospody
A ten, niechcąc znam tedy się dowiewa
Jam pry iest Koziel, ydze spać do chlewa.

In quibus verbis quilibet legens coniicit quod Poeta agat de ebrio, et quod ebrietas sensus tam animi quam corporis adimat.

QVID EST ΠΡΟΣΑΠΟ Subiecta ratio Ad propositum

Est cum dictis nostris in oratione propositio rationem subiungimus vel aliter Est cum verba sic ordinantur vt pontis distributis verbis, vnicuiq sua subponatur et subiiciatur ratio. Cic vt enim aliter condimus, si et inimicus, aliter si competitus, cum altero certamen honoris et dignitatis est, cum altero capitis et famae.

Et Horatius

Summite materiam vestris qui scribitis aequam.
Viribus, et versate diu quid ferre recusent
Quid valeant Humeri cui lecta potenter
Erit res nec facundia deserit hanc ne strenuus ordo

Polonice.

Cnota grunt frasiky złoto
Wszystko to ziemia błoto.
Bogactwa nie iednego
Zagubiety głupiego
Na cnocie nikt nietraci
Bowiem ia sam Pan Bog płaci.

Quintilianus duos modos illius tradit, Unus quoties duo describuntur, simul proponuntur, quibus deinde rationes supponuntur. Exemplum huius adfert ex Brutti oratione deductatura Pompeii. Praestat enim nemini imperare quam alicui servire, sine illo enim honeste vivere liceat, cum hoc vivendi ratio nulla condicio est. Alterum autem modum observat, quoties post singula distributa ponitur ratio. Ut in illo Antonii. Sed neq accusatorem eum metuo quia innocens sum, neq Imperatorem voveor quia sum Antonius neq consulem spero, quia est Cicero. Ita et Rutilius hoc schema duobus modis fieri et tractari docet, nam sententiis duabus aut pluribus propositis unacuiq ratio vel postremis reddetur, vel statim sub unaquaq sententia subiungetur

QVID EST ΕΠΙΛΟΓΟΣ Conclusio

Est pars ultima ratiocinationis oratoriae, quando ex conductione quadam, ex his quae dicta aut facta sunt colligimus, id quod necessario inquirit.

Ut Cic. quod si pro Rep. accedere oporteat ad periculum et rationibus et exemplis, y sapientes sunt existimandi qui nullum periculum pro Reip. salute vitant

Et Horatius

Si me vivere vis sanum recteq valentem
Quam mihi das egro dabis Egrotare timenti.
Mocenas veniam.

Et Simonides.

Chłopi co sskorą moią po wsi się włoczycie
Tysiącz mey braciey wlesie wtym się niebaczycie,
Łatwy zmarłego tryumph zabyty niekąsa
Kto iednego zaguli wilka niech nieptąsa.

QVID EST EPOTHMA Seu?

Ερωτησις Interrogatio?

Est cum per significationem desiderii nostri ad sciendum requirendumq aliquid ab alio sermone inflectimus, et fit primo cum simpliciter interrogatio instituitur, et nullam habet responsionem adiunctam, ut si dicas quid deterius est impietate sanctimoniae specie velata? et illud Verg.

Sed vos qui tandem quibus aut venitis ab oris?

Secundo cum ipsimet ad nostra interrogata respondemus. Ut illud Cic. pro Rosio Quid ergo audacissimus ex omnibus? minime. At tanto officiosior quam caeteri? ne istius laudis ita sum cupidus, et aliis ea praeceptam esse vellem.

Tertio cum constanter et urgenter percontamur, et redarguimus, exacerbemq atq in invidiam vocemq aliquem ut Prima Catilina. Quousq tandem abutere Catilina patientia nostra? quamdiu nos

etiam furor iste tuus eludet? quem ad finem sese effrenata
iactabit audacia? Et pro Stuvena An de nobis trahere spolia
foederatis licebit et illud Vergi:

Cantando tu illum aut unquam tibi fistula cera?
Iuncta fuit? num tu in triviis indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen.

Et Polonice.

Itys mie chciał oszukać? ktorego nie cnota
Jawna zawsze, ktorego zawna zła robota?

QVID EST EVXH optatio.

Est significatio desiderii in oratione nostra alicuius alicui boni Praeteriti vel futuri. Praeteritae optationis Exemplum habes apud Cic. Philippica. Velem Dii immortales fecissent Patres Conscripti, ut vivo potius servio Sulpicio gratias ageremus, quam mortuo honores quaereremus.

et illud Verg.

O mihi praeteritos Iupiter si referat Annos

Optationis rerum futurarum Exemplum habes in Manliana Vtinam Quirites viriorum fortium atq excellentium copiam tantam habere Lis, ut haec vobis deliberatio difficilis esset quem nam potissimum tantis rebus ac tanto bello praeficiendum puteris.

Et Kochanowskij

Bodai sie wsych sieciach polowily
Bodai sie wswych dołach polopily
Ktore kopaly &c.

QVID EST ΠΡΟΣΕΥΧΗ Deprecatio

Est Sententiae Conformatio facta per expressionem desiderii, a Deo quidpiam impetrandi. Cicero ab Joue O M caeterisq Diis immortalibus pacem et veniam praecor Jtē Philip. 2da. Sed hoc ignoscant Dii immortales volim, et populo Romano qui nunc probat, et huic ordini qui decreuit inuitus Vergil.

Jupiter omnipotens audacibus annue ceptis.

QVID EST ΔΕΗΣΙΣ? obsecratio.

Est conformatio Sententiae per desiderium nostrum indicans impetrandi et obtinendi aliquid ab aliquo homine. Cicero antequam iret in exilium, nunc te Jupiter omnipotens, cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, teq particeps connubii socia Regni Regina Juno, teq Tritonia armipotens, Gorgona Palus Minerua, caeterisq Dii Deae immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem capitolio in saxo incolitis constitutam, et non solum conctam intueri, sed etiam fueri positis ciuitatem, a quorum ego quondam altaribus impiam manum ciuium remoui. Tale pro Deiotaro apud Cic. Per dexteram te ipsam oro tuam Cai Caesar, quam hospes hospiti porrexisti et apud Verg. 10 fine

Per Patrios manes per spem surgentis Juli.
Te praecor hanc animam serues natoq Patriq
et Polonice
Powstan krolu a wyzwol wiecznie Panstwa swego
Prosiciem cie przez wrodzoną luczkość serca twego.

QVID EST ΠΡΟΤΡΟΠΗ. Adhortatio

Est cum in oratione auditorem ad aliquid gerendum adhortamur, vel ne aliquid gerat dehortamur, et illud Secunda Cathi. Patres conscripti consulite vobis, prospicite Patriae, conservate vos, coniuges, liberos, fortunasq vestras et apud Verg. 5to Aene.

Nunc nunc insurgite remis
Hectorei socii, nunc illas promite vires
Nunc animos &c.

Et Kochanowskij.

Zetrzyj sen z oczu a czuj wczas o sobie
Czy lachu kto wie iemu iesly tobie
Szczescie chce służyć a do kad wyroku
Mars nieuczyni nieustepui kroku.

FIGVRÆ AFFECTVS HILARITATIS EXPRIMENTES QVOT SVNT.

Tres sunt.

In quibus Orator internam animi sui laetitiam commotionem coram auditore exponit, et beneficio eiusdem ordinis figurarum, laetos et hilares reddit auditores.

Συγχαρητι Congratulatio

Quid est.

Quando se orator ostendit laetari quod aliquis vel honorem novum virtute partum, vel aliquod aliud bonum in aliquem collaturus vel conferendus gratulatur. Exemplum huius est in Oratione pro Marcello, quare gaude isto tuo tam excellenti bono et fruere cum gloria et fortuna, tum

tum etiam natura et moribus tuis ite Cathili: ita Rempublicam quirites vitamque omnium nostrum, bonas fortunas, coniuges liberosque vestros ob domicilium X. Summo ergo vos amore consiliis periculisque meis exflammata restitutam videtis, tale hoc gratulor ergo novos quos conscendistis honores, gratulor et Patriae felicia, dicite

Ἀγαλλασις Exultatio

quid est?

Quando orator dicit se laetitiam se concepisse in oratione de bono aut praeterito etiam suscepto, aut de futuro et mox suscipiendo. Exemplum Exultationis propter bonum susceptum praeteritum habes apud Cic. in Cathilinaria certia, etiam notabis et επιφωνισιμ, o fortunatam Rempublicam si quidem sententiam hanc vobis ciece sit propter bonum futurum Exultationis exemplum. Iam animo sum erectiori, iam cor assummo generosius: Equites Poloni quod videam etiam vos ipsos tanta alacritate animorum ruere in infensissimos nominis Christiani Turcas Kochanowski

Byicie ubębny niech sobie trochę mars spoczynie
Wytchnyi stradu cny lachu twoie ymię slynie.

Χαρισον Gratiarum Actio

quid est?

Quando orator cum affectu hilaritatis pro percepto beneficio orationem dirigitur auditorem gratias agendum. Exemplum pro Marcello Sibe quod Cai Caesar, sic tibi gratias ago, ut omnibus

de rebus ac te non conservato solum, sed etiam ornato, tamen ad innumerabilia in me unum merita quod fieri posse non arbitratur maximus hoc uno facto cumulus accessit et apud Ver. imo Aeneas.

Grates persolvere dignas haud opis est nostrae.

TIGURAE SPEM ET FIDUCIAM EXPRIMENTES CONTITANTESQ QUOT SUNT?

Tres

ΕΠΙΤΡΟΠΗ ΗΠΟΛΕΟΥΙΣ ΠΑΡΡΙΣΙΑ.

Quid est

ΕΠΙΤΡΟΠΗ Permissio.

Est cum auditoribus vel adversariis aliquid in causa nostra concedimus quod tamen fieri nolumus. Cic. pro Flacco. Litemus igitur Lentulo, parentemq cetego, revocemq ciectos nimiae pietatis, et summi amoris in Patriam vicissim poenas, si ita Dis placet sufferamq, Terentius quid istud si id ei placet profundat, perdat, pereat nihil ad me attinet, habet hoc schema aut exprobrationem aut dissimulationem, aut asseverationem aut fiduciam, Asseverationem habet illud Calvii in Vatinium perfrica frontem et dic te digniorem quid praeter fieres quid Catonem Trapezentius. hoc schema autor sed tamen in hunc sensum definit, Remissio est cum dicendo ostendimus, nec rem aliquam alterius potestati concedere, sic quoniam omnibus rebus eroptis solum mihi superest animus et corpus, haec ipsa quam mihi de multis sola relicta sunt, vobis et vestrae concedo potestati. Interim non leve momentum, sic auditorem sive iudicem

vel ad benevolentiam inclinandam vel ad misericordiam si demon=
stremus omnem fiduciam in eius aequitate collocasse, huic schemati
non ad similis est communicatio. Tale illud Vobis iudices cogitandum
relinquimus quod hinc Respublica detrimenti acceperit

Polonice.

Niech ze mowia iako chcą sami nic dobrego
Nie czynią, lecz nie z etra sumnienia dobrego.

ἀποζεύξις. Dolliuratio seu Promissio.

Quid est.

Cum orator in oratione alicuius loci proxime ventari spem aut
in se conceptam exponit aut eam excitat in auditore Exem. in Polonia
erit illud profecto tempus et illucescet aliquando illa dies Nec in Armeniana
Hoc onus si vos aliqua ex parte alleneueritis iudices feram et potere
et fiducia et industria vestra sin a vobis (id quod non spero) deferam,
tamen animo non deficiam. Et Ver Ane.

Ibis Italiam parthusque intrare licebit
Sed non ante datos cingetis moenibus vobem
Quam dira fames nostraque in vnne caedis
Antea subiugat mappis absum ex mensis.

Et apud Kochanowsky

Siadaj z dobrym sercem o Krolu cnotliwy
I w dobrą godzinę na swoy kon chętliwy
Zaiedziesz drogę smiele nieprzyiacielowi
A zastaw sie za swoy lud poganinowi

Wysłucha cię da Bog Pan czasu trudności
I obroni ręką swoiey wszthmocności.

Παρρησία Libertas et licentia loquendi
Quid est? Licentia Wolności

Cum aliquod per fiduciam apud eos quos in re potius sub vorreri deberemus liberius dicimus Tale Demosthenis. Sed ego liberam veritatis vocem apud vos omittam, vos inquam iudices nec reticebo, quae solus communis dicit vos enim deceptis estis temere credendo, ignavissima sunt consilia, eorum sententias existimatis.

Et Secundo Ane.

Concta equidem tibi Rex fuerint quodcunque fatetur.
Vera inquit neque me Angelica de gente negabo

Kochanow Sprawiedliwości niemasz przez siem cały
Ledwie osądzim że dwa krzymianały
A drugich idzie skłabną ~~w~~ płacz w obłoki
za nasze zwłoki.

Iunior libertas Semonis oratoris ne offendat oratorum leniri debet formulis his et similibus, quae inter Parenthesim ponendae, grave dictum est sed dicendum tamen, et liceat mihi vestra venia liberius loqui, ut libere dicam, quae sentio ignosci te liberius loquenti aequis animis, si libero verba facere, accipiatis oro pace vestra dixerim, si quid forte dictum a me videbitur asperius, id ut a me ni optimam partam vehementer flagitto, Tale Ciceronis Philip. qua Vos enim Patres conscripti grave dictum est sed dicendum tamen vos inquam Sulpicium vita privastis Et pro

Et pro Celio ibi. Cum iam confidentius quoniam audeo quod fretus vestra sapientia libere confitebor.

Kochanowsky Drozno to niech mi wiarę iak chce daie
Niemasz dziś w Polszcze tylko kupcij w tale.

FIGVRA EX AFFECTV DOLORIS

Proferendae quot sunt?

	παρανιθια	χετλιασμος
octo	μετανια	κακοικτηρσις
	ἀρια	διαβολη
	ἐπιφισις	νεμισις.

Quid est
παρανιθια.
Consolatio?

Quando dolorem alicuius sive nostrum mitigamus tale Ci pro Milone per προσοποπειαν consolatio instituitur calamitati Miloniana quamobrem ubi corpus hoc sit non inquit dolorem quoniam omnibus in terris etiam versatur et semper habitabit nominis memoria tale 1. Pone

O Socii neq enim ignavi sumus ante malorum
o passi Ci graviora dabit Deus his quoq finem

Niepłacz Thessily tobie się nagrodzi
Simonides Ta szkoda tobie się inszy przyiaciel nagodzi
Nam nigdy taki sąsiad długi wiek przeminie
Dzim się uchowa pasterz tu w naszey dziedzynie.

Μετανια Resipiscentia.

Quid est?

Porquam Orator dicit se penitere earum quae antea dixit aut fecit. Exemplum eius in Milone Sed stultum sumus qui Drusum qui Africanum, qui Pompeium, qui nos ipsos cum Clodio conferre audemus. et Polonicum

Zły a niebaczny pochancze
Zwoyca własny niepostancze
Niewymyślac przyczyn sobie
Pewnac iusz sprawa o tobie
Nieskładac nic na zwyz chciwy
Vmysl twoy krzyz niecnotliwy.

Hoc figura conuenit aliqua ex Parte cum επανορθοσι seu collectione, quando Orator dictam suum primum posteriori dicto corrigit, quasi illud minus conueniens sufficiensq fuisset.

Αρια Execratio

Quid est?

Quando dolore adducti improbamus aliquod malum alicui tale Cic pro Quintio. Dij isti singuli faciant homini nequissimo, qui sunt qui fuerunt qui futuri sunt. Et apud Vergilium 2do Ane.

At tibi pro scelere (exclamat) pro talibus ausis
Dij si quae est caelo pietas quae talia curet.

Persolvant grates dignas et praemia reddant
Fecisti et Patrios sedasti funere vultus

Et Cieklinsky in hinnumo Polonio.

Co masz ta komcze nienasyconij
Bodaiesz byt ztego obrazanij
A czego niemasz ołys co pręcej
Niesczescia hanty miał co nawiecej.

Επιφιβις Repraesensio
Quid est.

Cum vehementi dolore concitatus Orator ob alicuius Persona vitia graviter eum obiurgat tale Cic. in Pisone Iam ne vides bellus, tam ne sentis? quae sit querela frontis tuae. et apud Verg.

Non pudet obsidione iterum vallog teneri.

Kochanowsky

Dalekoscie sie od swych Przotkow odstrzelyly
A prawiescie na nie Polskę wywrocyly
Skowaly sie oycowskie granaty na pługi
A z drugiego zas w kuchiey dawno rozen długi
I w przytłyaach kwoczky siedza abo owies mierzą
Kiedy obrok woznice na noc koniom bierzą

ΕΧΕΤΛΙΑΣΜΟΣ.
Lamentatio.

Est conformatio sententiae per significationem doloris ex suo infortunio concepti. Cic. pro Milone o me miserum, o infelicem, revocare tu me Milo potuisti in Patriam per hos, ego te in Patria per eosdem in Patria retinere

non po

non potero Tale Verg. 2do Ane.

O Patria o Divum Domus Ilium et inclita bello
Moenia Dardanidum.

Kochanowskij Zgwałciłaś niepobożna śmierci oczy moie
Żem widział umieraiąc myłe dziecię moie
Wiedziałem kiedyś trzęsła owocz niedoyrzały
A rodzicom niezbożnym serca się kraiały

Vocatur etiam haec Figura a Latinis querela.

Κακοκτηρβις Commiseratio
Quid est?

Est Confirmatio Sententiae per significationem doloris ex alicuius infortunio conflati. Cic. pro Quinctio. O miserum adolescentem quanta passus date veniam afflicto. Cic. pro Amerino Ubi condolet Amerinae ex bonis eiectum Cic. Patrimonii per Chrisogonum. Ibi mea domus tibi patet mihi clausa est ferro, familia mea matre Uteris ego ne servum habeo, quae sub Persona dicuntur Amerini commiserationem et Ciceronis offendunt et eandem in animis iudicum excitant Tale Verg. 2do Ane.

Tantorum miserere animi non digna ferentis
Ubi si non commiserationem erga se concitat.

Et Simonides Jak słabe niebożątko dziś trzeci dzień wstało
Z choroby a przeciego do szkoły wygnano
Niebaczny Bakałarzu tak to szkoła umie
Rzatko disciplinowi kto dziś wyrozumie.

Διαβολη Criminatio.
Quid est?

Est quasi denunciatio eorum quae futura sunt Cic. pro Milone Erit profecto illud tempus et illucescet aliquando dies cum salutaribus Mezentius videre videor iam illum diem quo hic egenus profugiet

aliquis militatis. Verg.

Sed non ante datam cingetis mœnitus Urbem
Quamvis dira fames nostrœq iniuria cedis
Abessa subigat malis absummere menses.

Μεμεσις Indignatio
Quid est?

Quando dolor noster quantus sit ex facto malo et Persona faciente in nobis contractus cum excandescentia et indignatione exprimitur in oratione. Tale pro Deiotaro. Dyte perdant fugitive etiam non modo nequam et improbus sed etiam salvius et amens es Et Verg.

Heu stirpem inivsam et fatis contraria nostris
Simonides Swiatczę tobą Xiezy na ziemię żal przywodzi
Do tego, zły postępek z tym się oddać godzi,
Kto Boga nie zna, kto o sumnienie nie stoi
Niechaj się w piekle kogoś surowszego boi.

DE FIGVRIS
Ex affectu timoris proficiscentibus

DE FIGVRIS.
EX AFFECTV TIMORIS PROFICISCĒTIBꝰ.

Figuræ ex affectu timoris proficiscentes quod sunt.

quatuor
Εὐσθαβὶς
Ἀλλοτριοβὶς
Μινιβὶς
Ἐπανορθοβὶς.

Εὐσθαβὶς Commendatio
quid est.

Est quando cum timore vel se vel alium commendat auditori orator. Exemplum habes in oratione pro Rauisio. quem quidem vos iudices in omni genere bonitatem in vsitatam claris et præpotentibꝰ viris non modo non aspernari, ac refutare, sed complecti etiam et augere debetis

Horatius
Navis quæ tibi creditum
Debes Vergilium finibꝰ altieis
Reddas incolumem precor
Et serues animæ dimidium meæ.

Polonice
Rostropne obyczayne, luczkie nierzewbywe
Dobrowolne skłudne skromne y wstydliwe

Ἀλλοτρίωσις Auersatio
quid est

Quando orator malum aliquod abominari se ostendit. tale illud in Philip. Marcus Antonius (o dii immortales detestemini quaeso hoc nomen) urbem se diuisuram promisit et apud Verg.

Dij prohibite minas tale auertite casum
Et placidi seruate pios &c.

hoc Dolonice Bogowie tey nas grozij tey przygody prawi
Vchowaycie á bądźcie na ludzi łaskawij.

Μινίσις Denunciatio. Siue Comminatio.
quid est?

Quando denunciat orator cum metu in se concepto aliquod malum prosens vel futurum, et ob illud caueat auditor metum ei incutit. tale Cic. Moneo, praedico ante denuncio, qui aut deponere, aut accipere, aut polliceri, aut sequestres, aut inter praetes corrumpendi iudicii solent omnes quiq ad hanc rem seu potentiam, aut impudentiam suam professi sunt, abstineant in hoc iudicio Et Ver 2do Stne.

Et nos tella patet ferumq haut debile dextra
Spargimus nostrum sequitur de vulnere sanguis.
Nescio si sicero ve tibi causidice.

Ἐπανόρθωσις. Correctio.
quid est

Quando inter nos supprimimus ea quae tamen plus augent rem quam si ducetur. tale Demosthenis Non pari ego et aduersarius periculo ad iudicium venimus sed mihi quidem nullo autem quidpiam initio dicendi ominosius prolegitur, Ab aliis sic definitur Correctio est

quae posteriori commi~~nitante~~tante prius positum emendat. Cic pro Sexto Roscio. Istius fide aut potius perfidia decepti. item in verre actione tria non enim furem sed raptorem, non adulterum sed expugnatorem pudicitiae, non sacrilegum sed hostem sacrorum religionumq, non sicarium sed crudelissimum carnificem civium sociorumq, in vestrum iudicium adduximq.

Particulae huic Exornationi idoneae sunt, imo potius, quin potius, atq, adeo seu potius, Et quod si hospites iste suos rogasset imo innuisset modo facile morem gessisset ~~vel~~ Perfricuit ille frontem, imo nec frontem habuit, his additur obtestatio, quae habet vicinitatem cum obsecratione. de qua superius egimq.

DE FIGVRIS

Sententiarum maioribq - ~~quot sunt~~ Figu

Quare appellantur Sententiae Maiores?

Quia magis ex arte Oratoria proficiscuntur quam superiores.

Contigit autem eas contigi tripliciter.

Per significationem illustrationis, ut subiiciet res de qua agimus illustrior fiat

Secundo per significationem docilitatis quae amoverit omnia impedimenta si quae nobis duentibq occurrere possunt quominus auditor orationem concipiat.

Tertio per significationem iucunditatis, quae ad delectandum mulcendumq animum spectant.

Quot sunt Figuræ.

Quæ per illustrationis Significationem fieri solent.

Duæ. ΕΠΙΜΟΝΗ δε Commoratio
ΕΝΕΡΓΙΑ. Energia Evidentia.

Epimonti, Quid est ΕΠΙΜΟΝΗ. Epiconti.

Quando orator unam eandemq rem ita variat, quasi aliud atq aliud dicat, Exemplum eius fit in hac Sententia. Nullum tantum est periculum quod sapiens pro salute Reip. fugiendum arbitretur, ea autem figura commorationis simpliciter tractari poterit ac si quid novum semper dicatur cum tamen de ea re sermo fiat.

Primus modus in pronunciatione, quando vocem et gestum Corporis inter declamandum varie ac varie confirmamus.

Secundus per Commutationem verborum quando res semel dicta, iterum a nobis per alia dicta quæ idem valent profertur; ut hic cum Publica augetur tempestas Imperii, qui optimis rationibus proditus, nullum tale discrimen formidolosum animo suo abuenari censebit, quod non in perterrire congrediatur. Ut communis civium incolumitas in statu liberrimo conferuetur.

Tertio per Tractationem si aut per sermocinationem aut per excusationem subsistetur oratio sermocinationis. Hoc sit Exempla ex Cic. Sapiens quia Omnia Reip. Causa suscipienda pericula putabit, sæpe secum loquatur, non mihi soli sed etiam atq adeo potius natus sum patriæ potissimum donetur, aliut hæc me. &c.

Exuscitationis Exemplum. quis est tam tenui cogitatione praeditus, cuius animus tantis angustiis invidiae continetur, qui non hunc hominem studiosissime laudet, et sapientissimum iudicet, qui pro salute Patriae pro incolumitate civitatis, pro Reipublicae fortunis, quis atrox magnumque non subeat.

Dilatandae Orationis per hanc speciem Commorationis, est illa non postrema ratio, quando rem primo proponimus, ei rationem unam atque alteram addimus illustrationem, contraria similia Exempla, authoritates locos communes subiicimur, ad extremum Conclusiones ponimus eiusmodi Exemplum apertum est apud Cicerone. de amore Patriae eo loci Sapiens nullum pro Rep. periculum. &c.

Numerantur autem species commorationis duodecim dilatantes orationem.

Ocimos Definitio 1.

Quid est.

Quando res una per definitionem et definitum auditori redditur, idque vel per adiuncta, vel per assumptionem oppositorum prioris. Exemplum hoc est magestas Reipubli est, in qua continetur dignitas et amplitudo Civitatis, possessionis, ex Miloniana. Est enim haec non scripta sed nata lex iudices, quam non accepimus didicimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, eripuimus, hausimus expressimus, hic notabis

Hic notatis non omnem definitionem esse schema, sed fere illam quam Dialectica κατα διαφοραν vocat, quando videlicet in vocabulis differentia queritur hoc modo, non in illa diligentia sed avaritia, ideo quod diligentia est accurata conservatio suorum, avaritia incuriosa, appetitio alienorum, item non est fortitudo seu temeritas, propterea quod fortitudo est consentio laboris et periculi, cum ratione utilitatis et compensatione commodorum temeritas vero est cum inconsiderata laborum propensione periculorum susceptio.

2 Ερμινια Interpretatio.

quid est?

Cum exponendo quidpiam dilatamus per sententias idem significantes. Explic. apud Cic. in Exordio prima Cathind. quousq abutere Cathilina patiendia nostra &c.

3. Αντιτετον Contrarium.

Antiteton. quid est?

Quando Orator per Comparationem rerum contrariarum auget orationem, ut quivis rationibus inimicus fueris, cum quomodo amicum alienis rebus fore speres.

4 υπερβολη Excessus

quid est?

Est commoratio in eadem sententia in augendo vel minuendo veritatem excedens. Tale Cic. quibus tanquam gradibus videor mihi ascendisse in cælum, non in Patriam revertisse.

Ἐκφρασις Descriptio 5.

Quid est.

Quando id quod poteramus breviter expedire per circum stantias rei, quae illam ambigunt linguis protrahimus. Exemplum est in oratione pro Roscio ibi quis tantum immanitate bestias vicerit, ut propter quos hanc suavissimam lucem asperserit, eorum dignissime vita privavit. Et Verg. 1mo Ger. Ubi primum vere arandum esse exponens, ita commoratur in descriptione circumstantiarum veris

Vere novo gelidus currus cum molibus humor
Liquitur et Zephiro patris se gleba resolvit
Depresso incipiat iam tunc mihi taurus aratro
Ingemuere et fulvo attritus splendescere vomer.

Μερίσμος

Sequitur Superius.

Merismos. Μερισμος Partitio seu distributio

6. Quid est Μερισμος Partitio? 6.

Est commoratio in eadem sententia per enumerationem quarumcunq
rerum, Partium Generum, vel Formarum seu modorum agendi; Ante
cedentium vel ante sequentium vel his rerum similium. Partium ut
Cic. ad Quirites post reditum dividens hanc sententiam. fortuna
mea restituta iucundior est quam fuit integra, commoratur in ea
per enumerationem partium fortunae; ut si homini nihil est magis
optandum, quam prospera aequalis perpetuaq fortuna secundo vitae sine
illa offensione cursu, tamen si mihi omnia tranquilla et paccata fuissent,
incredibili quadam et pene divina quam nunc vestro beneficio fruor
laetitiae voluptate caruissem, quid dulcius hominum Generi natura
datum est quam sui cuiq liberi? mihi vero et propter indulgentiam
et propter excellens ingenium eorum vita sunt cariores mea, tamen
non tanta erant voluptate suscepti quanta nunc &c. Commoratus
est per Divisionem Generum et formarum opum, quibus Siciliam spoli
avit Verres his verbis, nego in Sicilia tota, tam locuplete tam vete=
re Provincia, tot oppidis, tot familiis, tam copiosis, ullum argenteum
vas, ullum Corinthium aut Deliacum fuisse, nego ullam gemmam
aut Margaretam fuisse aut quicquam ex auro aut Ebore factum, &c.
Per Antecedentium vero Divisionem, commoratio est in illo pro Sexto
Roscio Amerino, ubi ea quae solent Paricidium antecedere conierit, hoc
magnitudo maleficii facit, ut pene manifestum Paricidium proferatur
credibile non sit, nisi turpis adolescentia, nisi omnibus flagitiis

vita inquinata, nisi sumptus effusi cum probro et atq dedecore nisi prorupta audacia, nisi tanta temeritas, nisi procul abhorreat ab insania.

7 Παραδειγμα Exemplum.

Quid est

Παραδειγμα?

Quando Orator ut de re una eademq plura videatur dicere plura Exempla enumerat. Exemplum habes in oratione Cic. Cathilinarum. ibi negenim ille Itala Servilius &c. Ubi comprobat per Exempla et auget Orationem Iure interfici debere Catholinae conjuratorem contra Patriam, quia sic interficiebantur iuro et condemnabantur, omnes conjurati contra Patriam &c.

8 Ομοιοσις Similitudo

Quid est

Ομοιοσις?

Est cum aliquid simile ad rem quampiam ostendendam ex re adversa traducitur.

Nota primo istud quod in definitione dicitur Similitudinem ex re diversa duci debere. Causa est; quia alias erit collatio παριον non autem Similitudo. Ita Aristoteles artis et ingenii esse docet invenire Similitudinem, quia scilicet non cuiusvis est inter ea quae diversa sunt, notare id quod simile est, sicut non cuiusvis est inter ea quae sibi sunt similia notare differentia.

Nota secundo Similitudinem matrem et Procreatricem esse Methaphoram; Itaq quotiescunq habere vis Similitudinem, dictum aliquod cogita methaphoricum Exem. gratia. Vivens aetas, ex hac Metaphora

deducitur similitudo ad aetatem; sicut enim in herbis quae virent est succi ubertas, colores gratia viger quidam integerrimus, sic in aetate iuvenili &c. Talia sunt immortalitate gaudeo, caput frenaticum, angore praemor et mille eiusmodi &c.

Nota Tertio Hoc schema plurimum lucis ac dignitatis adfert orationi, interim etiam et probationi. Exemplum huius sit, ut gravissime peccant, qui fontem publicum inde hauriunt omnes venero inficiunt. Ita pessime merentur de Rep. qui Principis animum perversis consiliis depravant. Et illud Exemp. ex Oratione pro Cluentio. Ut corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege suis partibus et nervis, et sanguine et membris uti non potest. Item ut in Corpore si quid eiusmodi est quod reliquo corpori noceat uri ac secari patimur, et membrorum aliquod potius quam totum corpus intereat: sic in Reipublicae Corpore et totum salvum sit quicquid sit pestiferum amputetur.

Cautio de Similitudine Philorhethoribus notanda

Cum similitudo constet προτασι et αποδοσι et cum προτασις illas Particulas in usu habeat, quemadmodum, ut, sicut, tanquam, αποδοσις vero illas usurpet, ita, sic, non aliter, gemina ratione et similia, et cum ista similitudinis tractatio simplicissima sit, ideo diligenter notanda et observanda est eloquentiae studiosis certa forma Rhetorica, αποδοσεον in similitudinibus observandarum. Ita sex modi in Cicerone deprehenduntur tractandae illius. Primus per illam particulam simillime. Cuius illud Exemplum est Secunda Tusculana, ut onera contentis corporibus faciliis feruntur, remissis opprimuntur, simillime animus intentione sua depellit.

ut in hoc Exemplo. Leges odio nimis acerbo prosequitur, omnes magistratus ex
tinctis delectos cupit, Principibus nefarie insidias paravit, Remplicae tamenta
te et amentia perturbavit, ut omnibus praesidiis publicae libertatis ereptis
ipse solus in Rep. dominaretur. Pilser has sunt et Hexacolae Septicolae
Octocolae etc. Sed hae omnes moderari debent cum spiritu ipso perorantes.

In quibus Partibus Oratoris Usus est pro Usitate longiorum Periodorum.

Usus Periodorum longiorum in Exordiis potissimum Servit ut videre
est in Archiana oratione.
Brevioribus membris constantes Periodi proprie in Exornationibus adhibendae
ab iis enim removentur multicolae.
In Deliberativo Genere et Exornativo conducunt Productae Periodi pro
pter dignitatem et authoritatem ornatumque rei copiosiorem.
In Genere iudiciali Praesertim si urgeatur adversarius aliquando
membratim et incisim oratio debet fieri propter motum et ardorem
perorantis potest enim aliquando tricolis et ad summum quadri
colis conspare.
In Confirmatione deliberativi sive Exornativi ut innuimus undu-

Productores ?

Epilogi ob ipsum naturae instinctum opus habent mediocrity Periodis.

Quomodo sunt Fingendae Periodi.

Observant hi Eruditi et praestantissimi quique oratores rectius claudi pollisyllabis dictionibus modo id fiat sine affectione. Itemque aptius solere terminari verbo quam nomine. Adiectivo potius quam substantivo et illud pro Archia, nam quo mens mea longissime potest prospicere et alibi passim istorum omnium quae in nobis traducitur et dantur de Periodis usus et exercitatio frequens tum lectio assidua oratorum gravissimorum subpeditabit sufficientissima satis et copiosa exempla modo ille qui leget habeat iudicium sedatum, et dum leget ut non perfunctorie sed considerate et diligenter omnia legat.

Ad numerum etiam Periodorum cum pertineant Pedes satis necessarium duximus qui in principiis qui in Clausulis adhiberi debeant: In Principiis Spondeus Dactilus Anapestus Creticus Molossus Amphibrachis Peon primus Peon quartus In Clausulis Dichorus Dispondeus Creticus Spondeus et Peon primus.

De his autem pedibus notandum Pedes pro materia esse eligendos, si enim celeritas est exprimenda Pedes illi adhibendi qui brevibus abundant si res gravis illi qui longis abundant.

Quae sunt Vitanda Vitia in Conficiendis Periodis?

Primum Concursus et hiatus vocalium quae vastam et incomptam orationem reddunt ut vaccae Stenae amarissimae et in hoc exemplo ego omni officio. quod exemplum quanquam Ciceronianum est, sed tamen in familiari collocatione tantum tolleratur.

Secundum eiusdem literae nimia assiduitas, quae vixetur in orationis commi
tura ut Rex Persarum Xerxes Pontum pedibus pertransivit. Aspera sane et
inuicunda haec est oratio, propter asperos consonantium concursus, melius si quis
ita committet Xerxes opulentissimus Rex Persarum cum in Graecum vinire de-
crevisset super Hespontum fabricato fonte pedibus ipsum meare pertran-
sivit.

Tertium Eiusdem verbi nimia assiduitas ut in exemplo nam cuius rationis
ratio non extet ei rationi ratio non est fidem habere.

Quartum Nimis acerba Homeoptoleta ut veniant flentes plorantes
Tonitrantes obtestantes

Quintum Tracectio verborum et transpositio inconcinna quo in vitio ex-
Lutilius Poeta ut saepe tum in hoc versiculo

Has res ad te scriptas Luci misimus Heli.

Sexto Longa verborum continuatio et nimis prolixa periodis quae auditoribus
aures et auditoris spiritum laedit nisi tamen necessaria aliquando videatur
Perigraphe propter multiplicem partium enumerationem his vitiis enumeratis
potest addi amphibologia orationis et cadentia nomina ut res inuisae visae
et multa nono syllaba latius insultantia et sic quae exostrema syllaba
antegresse edictionis ac prima consequentis nominis fiat deformitas
ista vitia periodorum recenset Causinus lib. 2mo Cap. de Eloquentia
Cap. 14

Ordo et Collatio in Periodis quid exigit

Hoc imprimis ut in simplicibus leviori postponatur graviori, cum oratio
amplificatur cum innuitur gravioribus leviora succedant sic Cic. Secunda
Philippica Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis
firmitate secundo ut rerum naturalis ordo et dignitas servetur, nam

viros

nam viros et foeminas, diem et noctem, ortum et occasum dices potius quam secus
Tertio Ne permutato ordine quidam sint supervacanea ut filius pruignus etc.

In quo consistit Venustas Periodorum. In Duobus.

In delectu Subiect et Compositione Verborum: quomodo in delectu Cicero praecepit
ut elegantur verba subiect consonantia gravia, levia, nitida, secundae tamen
consonantiora esse superlativa positivis, in gravi praesertim genere faciendi ut
apud Cicerone pro Lege Manilia Quanquam mihi frequens conspectus vester
hic locus ad agendum amplissimus est visus quirites pro verbalia praestant, ple
rumque ut dominatrix animi cupiditas consonantius est quam si dominae dicas
Regnatorem Asiae dicas graviori protulit Virgilius ad summae compositae ut
grandiora sunt sic vocaliora ut pro Roscio Amerino Parentum poenas a con sce
leratissimis repetunt sic constuprare permovere excruciare meliora sunt
quam stuprare movere et cruciare graviora sunt sunt quae maiorem vim
aut bonitati aut malitiae ostendunt quaeque magis aut prodesse aut nocere
videntur Leviora sunt si vitentur sordida et abiecta Licuit Marciali
inquinato verbo uti quod Cicero melius expressit per detractionem confecti compsi
uscibi exempli Nolo dici morte Africani castiatam esse Rem. nolo restercus
curiae dici Clauciae quamvis sit simile tamen ut utique est deformis agi
tatio similitudinis

DE VITIIS FIGURARUM

Cum iam exposuimus Schemmata et Tropos necessarium etiam duximus de
Vitiis Schemmatum ut eloquentiae Candidati statim discant fugere ea quae orationis
apparatui et Venustati dedecus quidam pariant,

Quid est Vitium Orationis?

Est in oratione quasi error quidam qui etsi Poetis condonatur in soluta tamen oratione dicendi intollerabilis est

Quot sunt igitur Orationis Vitia?

Barbarum Obscurum Inornatum	Et ea sunt Contraria tribus Virtutibus orationis	Latinitati Perspicuitati Ornatui.

Quid Dicis Barbarum.

Barbarum hic dicitur quod quocunque modo pugnat cum linguae latinae puritate sive id in simplici consistat dictione sive in compositione et sintaxi

Quot sunt Species Barbari?

Barbarismus Barbaralexis Solecismus

Quid est Barbarismus?

Est dictio vitiose scripta vel pronunciata contra latini usum ac legem unde apparet Barbarismus ductus fieri modis scribendo scilicet cum peccatur in ortographia exempli gratia si exitia Carmen scripseris maiores pro mari et loquendo cum vitiatur recta pronunciatio ut si pronunciras feton Phaeton trisillabo verbo. Vel in oratione selecta ac libera pronunciaveris media aucta

Quid est Barbalexis?

Est dictio vel alicuius linguae peregrinae vel certe apud Latinos inusitate verbi gratia brigare pro ostentare sese eodem spectant verba illa entitates excecitates corporeitates

Quid est Solecismus?

Est inepta Partium orationis Compositio differt a barbarismo quod barbarismus fiat in dictione Solecismus vero in ~~dictione~~ oratione seu Syntaxi ut adiuvo tibi pro te Supplicote pro tibi non nega pro nenega

De obscuro et eius Partibus

ut supra patet.

Initium Sapientiæ

Timor Domini

De obscuro et eius Partibus.

Quid est obscurum?

Obscurum hoc dicitur ab oratoribus quando aut Verborum aut Compositionis vitio oratio obscuratur.

Quot sunt species obscuri?

Assignatur quidem nimirum.

Ἀκυρολογία	Impropria locutio
Ἀμφιβολογία	Ambiguitas.
Ταυτολογία	Nugatio seu eiusdem Verbi iteratio
Πλεονασμός	Redundans locutio
Ἐκλειψις	Defectus dictionis
Ἀποσιωπισις	Reticentia

Sed quoniam istae tres Figurae videlicet πλεονασμος Ἐκλειψις Ἀποσιωπισις superius explicatae sunt modo etiam priores fres tantum explicabuntur ad ferentur tamen et illarum exempla propter meliorem intellectionem

Quid est Ἀκυρολογία?

Est impropria alicuius dicti usurpatio ut sperare pro timere apud Ver. ad sperate Deos Fr. Hanc ego si possum tantum sperare dolorem quod improprie usurpavit Porta, speramus enim bona timemus adversa sic et ex vanis Scriptoribus compilavi hoc pro collegi, nam compillare significat furto auferre

Nota Oratores ab eiusmodi locutione maxime abhorrere quod si aliquando utilis contingat Λιωροδοξίας correctionem aut praemonitionem addunt ut Cic. Tacta Philippi. Patrimonium suum effudit quanquam non sumus eo usi quo docuit non enim effudit sed in salute Reip. Collocavit excusatae necessitatis quando nimirum proprium deest verbum ut apud Horatium equitare in Arundine longa et ex

Quid est Amphibolia?

Est cum oratio aliqua dubium habet sensum quod in quolibet scripti genere utiosum esse dicitur

Quot modis fit Amphibolia?

Quatuor Primo cum infinitivus utrinque recipit accusativum casum Personae et verbi gratia aiunt Vergilium vidisse Ciceronem hic incertum est uter alterum viderit et Aiole Eacida Romanos vincere posse dubitatur an hoc exemplo an quod Romani Eacidem vincere possint aut e contra Eacidem Romanos quo certe delphici illius vanissimi spiritus responso ambiguo circumventus erat Rex Pirus Secundo Per Homonima seu Pollesema quae vulgo equivoca vocant et fregit aciem galli certant Tertium verbum communis generis et cum dicimus Cato iniuste criminatur incertum est an ipse Cato ab alio criminetur an ipse alium cum verbum Commune et activam et passivam significationem habet Quarto per interpositionem adiectivi nominis et vocis statuam auream hastam habentem ubi dubium est statuam auream an auream hastam teneat.

Quid est Ταυτολογία?

Est vitiosa eiusdem verbi repetitio non ad nitoris sed inopiae causa facta et fit cum aliquid magno fastidio ingeminatur vitium hoc plerumque in exercitatis accidit et eadem per eadem dicant et quasi eandem sanant

Canti

Castilenam sic Vergilium tutus modis eam usurpavit primo Aen.

Quem si fata virum servant si vescitur aura
Aetherea nec adhuc crudelibus occupat umbris.

Dio

Diomedes figuram hanc vocant supervacuam eiusdem dictionis in eadem sententia repetitionem verbi causa flens lachrimarum rorem fudit

Quid est πλεονασμος.

Est redundantia cum ad sententiam perfectam adiicitur aliquid supervacaneum ut vidi meis oculis sic ore locutus est Juvenalis qui satur est pleno laudatur iuvenis vento Livius quoque usus est figura hac nemo unus erat vir quo magis innixa Res Romana staret, in quo exemplo vir unico abundat.

Sub πλεονασμω τοχρεῖον continetur cum scilicet dictioni alicui explendi vel ornandi gratia adiicitur in fine syllaba nihil ad sensum faciens quae proinde scriptis inter orationis virtutes quam inter vitia recenseri debet Terentius ad eum jamus te volo quod Dum iam perigimus in quibus exemplis syllabae istae dum nunc supervacuae sunt.

Postremo a πλεονασμος comparatio reperies περιβολογιαν id est rerum supervacuarum expositio κακρολογιαν περιεργιαν id est nimis accuratam in eloquendo diligentiam et qualemcunque aut adiectione in sensu supervacaneam ut vivat rex et non monatur.

Quid est ἐκλειψις

Contra πλεονασμος dicitur talem vero definitionem adfert est cum aliquid sermoni deest quominus plenus sit et labor tertianus id est laborat febri hostes absunt bidui scilicet itinere. Verg. 1. A. Italiam fato profugus ubi deest verbum hoc venit et Cicero

Occupationum mearum hoc erit signum quod Epistola Librarii manu id est scripta est,

Quid est Αποσιοπισις

Est alicuius dictionis recepione ad sensum ex aliquo vel dolore reticentia ut Terentius quid avis omnium subiect perditissime et Verg. 1. A. Quis ego sed motas praestat componere fluctus

Poloni

Wczoras z kiesieni: Lecz dam pokoy temu.
Ldym ci nie zadat wstydu mniey dolwemu

Aquila hoc modo usum suum signum tradit reticentia est cum ratione nos supprimimus ea quae dicturi videtamur quod aut turpia aut invidiosa aut aliquam nobis gravia dicta sunt. Ut est Demosthenis illud Proverbium. Non pari ego et adversarius periculo venimus ad iudicium, sed mihi quidem: Solo autem quidpiam ratio dicendi omnino suis proloqui, postremo et illud observabis ad obscuris species observationis id transgressionem et synthesim idest Confusionem aliaque nonnulla referri posse.

De inornato et eius speciebus.

Quid vocas inornatum?

Inornatum dicimus orationem cum vitio dictionis cuiusquam aut verborum compositionis perit omnis orationis venustas et gratia

Quot sunt species Inornati?

Quatuor.
- Ταπινόσις - - - Humilitas sermonis
- Αισχρολόγια - - Sermo obscenus
- Κακωφώνια - - - Male aut turpiter dictum
- Κακωζελία - - - Vitiosa affectatio

Quid est Ταπινόσις?

Est cum rei dignitas ~~at~~ magnitudo humilitate verbi deprimitur quâ figura usus est Vergilius cum diceret apparent rari ~~[illegible]~~ antes in gurgite vasto. Nam amplitudinem maris gurgitem vocans diminuit quam tamen epitetho auxit vasto inquiens. Item Vergilio Ann. pro. Impastus ceu plena leo ter ovilia turbans
Suadet enim vesana fames mandatq. trahitq.
Mille pricis exc.

Ubi Poeta scripsit suadet pro impellit ut et furentur mutat sive mandat. Fabianus tapinosim inter vitia retulit sunt qui eam cum diminutione esse volunt hac eadem figura ratem pro classe dicimus, speloncam pro domo, loquacitatem pro eloquentia ali cuius copiosa, verucam pro monte et id genus plurima.

Quid est Αισχρολογία?

Est obscena alicuius dictionis significatio aut in verecunda vitio compositionis oratio. Ermundus Richelius sic definit eandem Εσχρολογία est quae vel ex constructionis ordine vel plane et aperte aliquid obsceni vel inverendi loquitur. Cuius exemplum figurae nullum debet requiri vel expeti, et forte oblatum ceu Cartum Syrenum aure surda praeterire debemus

Quid est Κακωφωνία?

Est illepida et inconcinna vocum compositio propter earundem literarum aut syllabarum concursum ut in hoc exemplo Ennii O Tite tute Tibi tanta Tyranna

tulisti

Eiusmodi est illud Machina multa minax minatur maxima muris.
Fit etiam κακωφωνία cum sequens dictio incipit a syllaba qua praecedens terminatur et Juvenalis o Fortunatam Natam me Consule Romam. Huc referuntur omnes ingeminationes earundem vel literarum vel syllabarum et quae a literis Graecorum nomen retinent

λαμβδακισμός est cum litera L crebro in oratione repetitur vel plena nimium voce pronunciatur et si plenis faucibus altae protuleris. Ut si dixeris Sol et Luna luce lucent

μιτακεισμός est cum litera M. in fine dictionis alicuius posita ita elevatur ac si cum vocali sequentis dictionis coniungatur, et si dicas quousque tandem abutere Catilina patientia nostra.

ιττακισμός Est cum litera I. frequenter in principio dictionum repetitur, et supra iustum decorem elevatur et si dicas Junoni iustus Juppiter irascitur.

ταυτακισμός dicitur cum litera T. frequenter repetitur et in superiore exemplo o Tite Tite &c.

Quod vero ad flamen huius figurae attinet appellatur apud Rhetores κακωφατων id est absurditas interdum etiam κακωσιμτετων seu incompositum et παρίμων seu assimile cum dictiones multae ~~ab~~ eadem incipiunt.

Quid est κακωζελία?

Est inepta et praeva imitatio, et cum qui iudicio carens sub specie virtutis emulatur vitium et eam affectat orationem cui par esse nequeat. Vitium et omnium pessimum est ita hodie fere omnibus commune.

Fit autem duobus modis Primo nimio tumore Exempli gratia Juppiter o praesens Coeli qui sydera torques Ore tuo dicenda loquor

Secundo nimio Cultu et Aureus axis erat temo aureus aurea summe
Curvatura rotae, radiorum argenteus ordo

Dicitur vero haec figura a κακως quod est malus et zelos quod est emulatio vel imitatio

Inveniuntur ne alia latinae Orationis Vitia?

A nonnullis multa alia vitia recensentur orationis, quae nos brevitati studendo intermittemus quorundam vitiatiora brevibus expediemus sunt haec Nota.

Μακρολόγια	Per longus sermo
Βραχιλόγια	Brevitas dicendi
Μίοσις	Diminutio
Ζομφιλόγια	Elevatio seu tumiditas
Χομαιολόγια	Oratio unius coloris
Πικηλόγια	Oratio nimis figurata
Περιεργία	Operositas supervacua inducendo
Ἀρίτμον.	Oratio carens numeris

Quid est Μακρολόγια?

Est sermo iusto longior quidam τὸ λεοπάρμα falso emulari conatur iniustam et senilem garrulitatem turpiter diffluit et Terentius in Adelphis mea est sic ratio et sic animum induco meum Tum Livius Apud Diomedem legati non impetrata pace, retro damus unde venerant reversi sunt.

Quid est Βραχιλόγια

Est cum de regnum nimis breviter et angustè loquimur ut quae longiorem et apertiorem requirebat sermonem vel Est conformatio orationis per succinctam dictorum brevitatem ut Cic. Colonias patricias adigit, veteranos conviavit, paucibus diebus exercitum conferit incitatos latronis impetus retardavit. Tale et illud Caesaris Veni vidi vici, et illud Terentii Funus interim procedit sequimur, ad sepulchrum venimus, in ignem ponta fletur Kochanowsky w Trenach

W dostatku bedacz ubostwo chwalemy
W roskoszy załość lekce sciawiemy
A puki wolny skapey przatce staie
Smierci nam zaraie

Quid est Μιοβις?

Est quae affectata vocis propriae diminutione, res aliqui non minimas val de extenuat ita Cic. alicubi Epicurum homulum ex argilla et luto Maceratam vocat Catullus. Flendo turgiduli rubent ocelli

NB Flosculus est iuvenculorum.

NB Si dicamus eum attigisse qui pulsaverit, lesisse qui vulneraverit Bol.

Ledwie go broniąc dosięgł ale padł na ziemię

W tym duszyczka człowiecze obierała plemię

Nota ad Μιοβιζειν omnes diminutiones voces aggregandae sunt animula vo bellata et cetera quibus Carminum Faleptorum opifices frequentes verum oratores rarissime uti debent. Hoc porro distingui [illegible] lapsati atque quod haec in sola voce et dictione illa in sensu et dictione consistat

Quid est Βομφιλογια?

Est cum res tenuissimis tumida et Jami magnifica oratione effe ruatur quaelibet comici pro decoro Personae multis glossis ac parasi tis ultibuerit et illud Horatiorum. Parturiunt montes nascetur ridiculus mus. Pol. Powiemci prawdę że rad obiecuiesz

A obiecawszy potym się nieczuiesz.

Fraszką by cię zwał — lecz to iescze mnieysza.

Jest u mnie Wolskiewskich fraszka stateczniejsza.

Quid est Χομαλογια?

Est vitium cum oratio bona quasi unius Coloris est nulla vari datis gratia levans tedium sed quasi Catulena nullis neq numeris neq sententiis distincta et variata aurialyq olit nigra tissima

Quid est πιτπλογία?

Est superiori contraria cum nihil in oratione proprium aut rectum est sed omnia immodice figurata et sicut vestris versu calo sicut liter pictura et consuta sunt

Quid est περιεργία?

Est cum in re bonum multum verborum insumimus, et nimium in ea explicanda immoramur, quod vitium copiam male affectantibus saepe accidit hic Vergil. 12 Aen. nimis operose solis exortum descripsit. Postera vix summos spargebat lumine montes
orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemque elatis naribus efflant.

Sic Lucanus lib. primo Comotae effigiem nimis accurate expressit

Crinem at flammifero terret tetra regna Cometes
Sanguineam spargens ignem, vomit atra rubentes
Fax caelo radios et saeva luce corruscant
Scintillat sydus terrisque extrema minatur

Quid est Λιτρηον?

Est oratio carens numeris et compositione tollerabili, de quo vitio nulla cuero scribit in oratore perfecto, quare et nos lectorem bonorum remittimus ad Cicerone atque hic iam ultimam manum imponimus tractatui huic totius nostrae doctrinae de universa ratione collocationis in hoc operae contentae.

Vos adolescentes Generosi si vultis esse et haberi non modo tyrones sed perfecti oratores volim suatis, id vos nulla ratione posse assequi, praeterquam et (quod aiunt) manum salutis applicatis quam frequentissime verissime enim pareis Romanae facundiae Cicero ait Illius optimus dicendi

quare et in eo proficiatis et maiora indies incrementa summetis
ego praeceptor tesseo volo suadeo et exopto

Vna dies Viri docti
praestat mille annis
Insipientis

IN ELEMENTA

seu

Locos ex Cicero desumptos Annotationes.

Praefatio.

Eloquentiae cum Philosophia tanta est coniunctio et necessitas, ut una alterius ope destituta manca et imperfecta esse videatur, neque enim Orator eloquii seu flosculos digne promovere poterit, nisi rationibus ex Philosophia ad comprobandum petitis adiutus fuerit. Neque item Philosophus animi sui conceptus etiam subtiles ordinate clare, et dilucide aperire, nisi praecepta artis Rethoricae optime caluerit. Videns igitur illustrissimus Fundator Joannes Zamoscius tantam necessitatem ac coniunctionem esse eloquentiae cum Philosophia, cum ordinationem studiorum omnium Scholarum praescribere, voluit ut in hac Schola statim nobilis iuventus Polona praeceptis eiusmodi Rethoricis et Philosophicis imbueretur, quae nos in immensum Pelagus nobilissimarum istarum duarum facultatum quam commodissime deducerent et ut ad illas eo felicius percipiendas commodum iter aperirent demonstrarent. Ut igitur ordinationi Illustrissimi Fundatoris et profectui nobilis nobilis studiosae iuventutis satis fiat, omnem adhibebimus curam

et diligentiam in explicatione istorum Elementorum, modo etiam studiosa iuventus curae et diligentiae nostrae labores suos et assiduitatem propter maiorem profectum adiungere velit.

Elementi primi Explicationes.

In hoc primo Elemento quemadmodum et sequentibus aliis aperitur via ad Philosophiam, duo etenim in se continet. Primo definitionem sapientiae, et inde videlicet nomen Philosophi et Philosophiae deductum sit.

Quantum ad Primum Elementi istius Partem, in ea adfertur Definitio Sapientiae petita à Veteribus Stoicae Sectae Philosophis hunc in modum. Sapientia est rerum Divinarum et humanarum causarumque quibus haec continentur Scientia. Ubi in ista Definitione per res humanas intelligit res Corporum concretioni obnoxias ad nobis familiares, Divinas vero res ab omni materia separatas, et nullo materiae nexu coherentes. Reliqui tamen reperiuntur qui dicunt, per res humanas nihil aliud nisi moralem Philosophiam, Divinas vero Scientias speculativas denotari. Rationem huius dicti adferunt talem, in morali quandoquidem Philosophia illae res humanae, quae ad tuenda vitae officia et civilem societatem pertinent considerantur. In speculativa vero Scientia reliquae omnes quarum investigatio Philosophiae à communi & cetu avocat, et reliquis mortalibus divinioribus reddit. Iam vero cum Sapientia definiatur per Scientiam Sciro autem nihil aliud est quam rem per causam cognoscere, ideo vacile a Cicerone haec verba causarumque quibus haec continentur definitioni eius sunt insita.

Philosophia et Philosophus inde deductionem suam obtinent. Secunda haec est pars Elementi primi, in qua agitur de deductione nominum istorum Philosophia et Philosophus; facilis vero est deductio ab Etimologia vocis ipsius petita, φιλος enim est amicus, sive studiosus, σοφος sapiens, σοφια autem sapientia. Hinc Philosophus dicitur amicus vel studiosus sapientiae, Philo

sophia

sophia autem Studium Sapientiae recte appellatur.

Datur ne aliqua differentia inter Sapientiam et Philosophiam?

Duplex datur.

Prima haec est quia nomen Sapientiae latius patet quam Philosophiae, nam illa continet in se etiam Mechanicas artes ut patet ex illis verbis Aristotelis lib. 6 Ethicorum Cap. 7mo Nomen inquit Sapientiae tam late patet ut attribuatur etiam artibus Mechanicis, etenim Phidiam et Policletum sapientes dicimus, illum lapidum sculptorem hunc fictorem Statuarum. Philosophiae vero non ita, quia solum ijs competit qui sunt ingenijs doctrinis dediti et honestissimas literas colunt.

Secunda differentia est haec, quia Philosophia habet se per modum medii Sapientia vero finis: Et enim Philosophia perfectio ad Sapientiam, sapientia vero finis et perfectio Philosophiae. Vel brevius Philosophia eo differt a Sapientia, quo differt Sapientia inhoata a perfecta et absoluta; Unde Philosophi nunquam dicuntur isti, qui nondum perfectam rerum cognitionem sunt assecuti, sapientiae autem qui perfectam rerum intelligentiam habet.

In Elementum Secundum.

Hoc alterum Elementum quatuor agit sive continet in se, primo docet unde Philosophiae nomen ortum suum traxerat, secundo enumerat antiqui temporis sophos id est sapientes, seu iuxta Hypothesim sententiam sophistas, tertio narrat cur hoc nomine gaudeverint

et cum postea illud reliqui amiserint quarto quibus Sciculis antiqui Philosophi dediti fuerant.

Unde ortum suum accepit Philosophia?

Cicero Tusculana quinta his verbis dixit Sapientiam cum vetustissimam videamus, nomen tamen illius confitemur esse recens hoc enim multis post seculis à Pythagora promanavit. At Sapientia ab Hebreis in universi orbis terrarum tempora profecta et seminata est, nam Adamus sicut fuit Pater omnium Patrum, ita fuit Philosophus omnium Philosophorum primus, et quamvis propter poenam peccati multa quam praedurissima gratiae dona amisisset, tamen permansit in eo ista scientia rerum omnium, quam non solum per traditionem, sed literis etiam usque ad posteros transmisit. Nec mirum Hebraica enim lingua cum homine orta et a Deo instituta est, qua Dei misteria exponerentur proinde quae vocatur lingua sancta. Attamen primus Setus Adami filius author fuit, ut rerum caelestium cursus perscrutarentur, et ut in admirabili rerum naturalium ordine inquirendo haut homines parum proficerent, duas columnas erexerat, quarum una ex coctis lateribus constructa erat, alia ex lapidibus, ut si forte lateri citius ab imbribus destrueretur, lapidea altera cui imbres nequaquam nocent rerum memoriam retineret. Praedixerat enim Adam fore ut aliquando ignis vel aqua propter hominum peccata omnia everteret. Atque ita ab Hebreorum fontibus derivata Philosophia, primum invicimbres Populos Haldaeos. Egyptios, Syrios, a quibus defluxit ad Graecos, ab his ad Latinos. Sed tamen nonnulli a Barbaris sumptisse Philosophiae initia autumant, nam Persis Magos Babilonis Haldaeos, Indis Gymnosophistas, Gallis Druidas cuius rei dicunt fuisse Authores: Sed

ut

et cum se res habet tamen hi omnes ab Hebreis deriva-
tam Rauserunt Sapientiam

Qui fuerant Antiquis Temporibus Sophistae?

Non tantum Sophi sed etiam Sophistae appellabantur omnes ista
qui sapientiam tractabant neq hi solum verum etiam Poetae Sophi
starum nomine gaudebant, Sapientes autem dicti sunt illi viri
tales Milesius Solon Salaminy Hilo Lacedemonius, Pittacus
Mitelenus Bias Prieneus, Cleobulus Lilinius Cinthius Periander Corin
thius. Inter hos Sapientes Ci numerat, Ligurgum, Homerum, Ulissem
Nestorem, Atlantem, Prometeum et Cepheum, quibus Exemplis probat
antiquitatem Sapientiae et Sapientum.
Erat vero Ligurgus Rex Lacedaemoniorum et Legislator: qui reperente
Exercitio tulit leges Lacedaemoniis annis 100 ante primam Olimpia-
dem Homerum vero quidam aiunt tempore Troiani uxisse, alii vero 100
post annis, nonnulli 150 anno mundi ter millesimo centesimo octo-
agesimo 6. temporibus Regis Salamonis.
Atlas Astrologus erat Arcadius Mauritanus Rex caelum hume
ris gestare ob montem eiusdem nominis insulisse magnitudinis et alti
tudinis est dictus. Ideo Sapiens esse dicitur quia astrorum Cursum de
praehendit et primus de Astrologia inter Graecos disseruit, lunae cursum
observavit, verum subterraneorum causas investigavit.
Prometheus filius Japeti fuerat, multarum artium inventor, primus
ignem ex sylice excusisse dicitur. Astrologiam etiam quam in cauca
so monte cui affixus a Poetis dicitur fuisse didicerat, Asseiros
docuisse. Vixit eo tempore cum Atlante Sene.

Ulisset etiam filius Laertae Regis Itaces fuerat, hunc Homerus sapienti facundia praeditum esse dicit, et eorum non ex ore sed ex pectore enitere solitum, quod observandum esse sapienti existimat, ut non tam inanem sonum verborum, quam sententiarum conceptam altitudinem promereri videatur. Ideo libertati linguae vallum dentium opponi esse dixit, ut temeritas eloquendi, non modo cordis virgiliis sed etiam dentium exactis seperetur.

Nestor Nelei et Styloridis filius fuit teste Homero, bello praeclarus, nam adversus Epios Achaiae populos qui postea Elii dicti sunt, vivo adhuc Patre adolescens bellum gessit cum Centauris in nuptiis Pirithoi pugnavit, eloquentia adeo excelluit, ut ex eius ore melle dulcior fluere videretur oratio. Hi duo hoc est Nestor et Ulisses vixere temporibus belli Troiani, quod incidit in Annum mundi ter millesimum vigesimum octavum, Cepheus Rex fuit Ethiopum, uxorem habuit Cassiopeiam, haec cum gloriare=aretur, quod Adromedam talem progenuerit quae corporis pulchritudine et venustate, ac elegantia formae vincere posset Nereidas, Nereides indignatae Adromedam scopulo aligarunt ut aceto devoraretur, quae tamen a Perseo, qui tunc aperte per Aera victor ab expeditione contra Gorgonas & revertebatur liberata fuit, ubi vero Perseus ad sydera evectus fuisset obtinuit a Patre Joae ut eodem suam uxorem et socerum adducere liceret.

Cur Nomine sapientis viri docti gaudebant?

Ideo quod contemptis rebus his quas maxime vulgus concupiscit et admiratur se totos ad studium veri cognoscendi, et admirabilium

occultarumq rerum inquisitionem atq perceptionem contulerint. 287
Verum quoniam multi gloriae aut quaestus cupiditate profitebantur
et praedicabant se esse sapientes, qui verae sapientiae non solidam
et expressam effigiem, sed vbram et imaginem tenebant, Pytha=
goras Philosophus Samius et scribit Ponticus Heraclides per aegra=
ta discendi gratia Egipto Persiâ Babyloniâ, Creta et Sparta,
venit ad certamen Olimpicum, vbi interrogatus à Leonte Sycy=
niorum Tyranno quo nomine vocaretur, non sapientem sed Philo=
sophum id est studiosum sapientiae se esse respondit, et scientiam
non sophiam amplius sed Philosophiam nuncupandam existima=
vit, cum nullus hominum nisi ipse Deus vere sapiens dici
potest.

Nota primo Ludi à Graecis instituti fuerant partim in honorem
Deorum, partim et homines curis defessi aliquantulum relaxarentur,
vel et more eorum mores cum voluptate formarentur, et corporis vires exer=
cerentur. Ad hos multitudo ingens ex vniversa Graecia, cum spe vi=
ctoriae lucri tum spectandi desiderio confluebat. Fuerunt autem quatuor
Genera Ludorum Olimpia Pitia Isthmica et Nemea, in quibus exercebantur
pugilati Saltu, disco Palestus. Victoribus proponebantur Coronae Gramineae,
Oleagineae, Laureae, Mirtheae, Ferneae, ex Apio Oleastro et Ceteris. Verum
ut dicit textus, multo nobiliorem et excellentiorem esse vitam eorum, qui
caeteris pro nihilo habitis, verum naturam studiose scrutarentur illis,
qui aut gloriae aut lucro aut commodis student.

Nota secundo. Pythagoram non solum nominis Philosophi inventorem, sed
rerum etiam ipsarum amplificatorem fuisse, vnde non immerito

et

et sapientissimus fuit - - Et in docendis hominibus laboriosissimus est de hoc dictum est Mente Deos adiit tum quae natura negavit
Visibus humanis oculis ea pectoris hausi.

Is cum Metaponti moneret, in tanta fuit apud omnes admiratione, ut ex eius domo templum facerent et ipse post mortem pro Deo coleretur

Quae Scientia illis temporibus maxime floruit.

Quemadmodum in Elemento Secundo ita et in Bruto et primo Academicarum questionum Cicero innuit omnes Philosophos antequam Socrates vixisset Soli tantummodo contemplationi fuisse deditos, nam illud nemo negare potest naturalem Partem Philosophiae et Mathematicas disciplinas multo antiquiores esse Morali Philosophia. Verum quod Socrates primus eam e coelis evocavit, et in Urbibus allocavit, non videtur veritati esse consentaneum, nam Veteres illi etiam Sapientes ante Socratis tempora non ita versati fuerant in cognitione rerum Divinarum ut non essent soliciti de humanis, multi ex illis utilia satis et commoda praecepta vitae commode et laudabiliter ducendae praecepta reliquerunt, veluti Pythagoras et Septem illi Sapientes Graeciae nec non alii plurimi qui recte transigendae vitae civibus suis commodas et salutares conscripserunt leges. Hac in Parte tamen noster Cicero, fuerit illius Partes potest et demonstrare sententiam eius esse veram per Comparationem. Prisci etenim Seculi ~~et en~~ Cultores magis versabantur in contemplatione Divinarum rerum. Socrates autem maxime in rebus his sese exercebat

quae pertinent ad vitae commodam institutionem et liberalem Philosophiam in Urbibus collocavit. Neque solum ob istam causam, verum quia ex disputationibus eius sententiisque varie in variis Urbibus sectae Philosophantium prodierunt.

Quaeres cur Pithagoras primus nomen Sophiae in nomen Philosophiae, et Sophi in nomen Philosophi mutavit?

Respondetur his de causis, quia ut modestissimo nomine recunderet et deprimeret arrogantiam Sophistarum ut superius dictum est: vel ut ostenderet arduam esse adeptionem possessionemque sapientiae ad quam intenso studio magnoque labore pervenitur: vel etiam ut discrimen statueret inter Philosophiam et Sapientiam et Philosophum et Sapientem de quo discrimine dictum est superius in Elemento primo.

Quot sunt notae seu conditiones Philosophi?

Plato lib 5to et 6to de Rep. 6. ponit condit. Prima est ut discendi insitam cupiditatem habeat.

Secunda ut ad veritatem se habeat ac huius amore vehementer ardeat, a mendacio abstineat, propterea quod sapientiae nihil inquit familiarius insit veritate.

Tertia ut temperans sit et habeat per domitas animi cupiditates

Quarto ut animo liberati sit, hoc est ut in humilibus et abiectis velut studium nimium non collocet, sed ad praeclarissima quaeque aciem mentis erigat, et illa quae sunt maxime Divina quaerat et scrutetur.

Quinta ne illi ingenii desit docilitas et memoria, quia illa est instrumentum Scientiarum, haec vero thesaurus.

Ultima ut educationem et institutionem rectam habeat.

Sapientis quot sunt Conditiones.

Aristoteles lib. 1mo Methapisico Cap. 2do. Sapientis naturam quinque conditionibus describit.

Prima est ut omnia sciat quantum fieri possit et quo ad eius fieri potest, non quidem speciatim sed universe

Secunda ut sciat difficillima quaeque et occultissima, nam cognoscere ea quae omnibus patent, non facit hominem sapientem

Tertia ut habeat exquisitam et omnibus suis numeris absolutam Scientiam rerum ut et alios vile valeat docere.

Quarta ut sciat Imperare et praescribere aliis quid unusquisque facere debeat,

Ultima ut habeat eam Scientiam quae propter se expetatur, et cuius fructus nullus alius sit nisi ipsa Scientia..

De definitionibus Philosophiae.

Philosophia non uno modo omnes definiverunt. Plato eam in Dialogo de immortalitate animae sic definit Philosophia est meditatio mortis, quae

defi

quae definitio ut eo facilius intelligatur sciendum est duplicem esse mortem, una quae in abscessu animae a corporis consistit, altera quae mens ad huc in corpore manens a malis cupiditatibus abducitur, a sensuum commertio abstrahitur, ut vitiorum solutae vinculis, caelestia et divina meditur, et haec ultima mors est Philosophiae.

Alii eandem definitionem adferunt Philosophiae, quae data est superius sapientiae. Quidam ex Aristotele tres colligunt definitiones, Prima haec ex lib. 5to Metaphisicorum: Philosophia est artium ars et scientia scientiarum, ubi videmus Philosophiam appellari artem non quod ars sit, sed quod artibus imperat. Altera ex lib. 3tio Metaphisicorum Philosophia est scientia veritatis contemplatrix, quae definitio videtur esse essentialis, nam ex forma facta est, veritas enim Philosophiae forma ac regula esse videtur. Tertia similiter ex 3tio Metaphisicorum Cap. 3tio desumitur eiusmodi. Philosophia est cognitio rerum ut sunt: verba illa ut sunt, idem valent atque per suas causas si eas habuerint, debere autem Philosophiam causas tenere inde constat, quia quemadmodum ex admiratione et notitia effectuum et ignoratione causarum homines Philosophari coeperunt, ita par est eum perfectum Philosophum iudicare qui causarum cognitionem sit assecutus

IN ELEMENTVM.

III.

In hoc tertio Elemento agitur de ea Parte Philosophiae quae est de moribus cur videlicet Moralis Philosophia à Socrate in Vrbes introducta sit? Nos vero licet id non sit in textu Elementi, addemus aliquid de Socrate, quae Patria illius fuerit, Maiores, Studia, Sors, Mors denique eiusdem.

Cur introduxerit Socrates Moralem Philosophiam in Vrbes?

Ideo, cum enim animadvertisset Philosophiae naturalis nullum fructum esse, eamque ad officia vitae et communem societatem nihil conferre, Primus teste Parente eloquii Romani Ethicam seu potius Moralem Philosophiam invenit, cuius praeceptis persuadebat postea populo, et intermissa cognitione aliarum scientiarum, eam potius arriperent, quae mores instruerit, et cuius usus domi nobis et foris esset pernecessarius. Vnde etiam à naturali Philosophia ad Practicam dixisse fertur transiens, quae supra nos nihil habet ad nos, perpendebat et id diligenter in animo, quod speculativarum rerum, nullus alius sit finis nisi cognitio; Commoda etiam nulla alia quam iucunditas. Jam autem qui sollicitam dederint operam cognitioni Practicarum seu Moralium Scientiarum illi homines, commodis quotidie pene affluunt, nam finis earum est actio, actionem autem si praesertim fuerit prola omnia sequuntur bona.

Quae notanda sunt de Socrate?

Haec quod fuerit Philosophus constantis animi, invictae sententiae, tum quod extiterit continens, et omnium mortalium consensu unus sapientissimus iudicatus, idque vel maxime propterea, quod aequalitatem in omni vita

adeo servaverit, ut idem semper vultus in eo, sive in prosperis sive in adversis rebus usque ad extremum vitae conspiceretur. Patrium illius solum fuerat Athenae, Pater Zophroniscus, mater Phamarista Artetiae; cum animum ad studia attulerat, fuerat auditor Anaxagorae et Archelai Phisici, veneno extinctus interiit Anno Aetatis 70.

Nota. Secundo per vos occultas hic intelligi illa, quae in Naturali Philosophia et Mathematicis disciplinis considerantur

Notastio Socraticos libros intelligi ab Authore eos omnes, quicunque Socrati successerunt, Tales, erant, Plato Xenophon, Antisthenes, Eschines, Euclides, Crito, Menedemus et alii Plurimi.

IN ELEMENTUM

IIII.

Istius Elementi duae sunt Partes, in prima Parte agitur quis Author Academicorum atque Peripatethicorum fuerit. In secunda quodnam sit Philosophia.

Quantum attinet Primam Partem, certum est Academicam atque Peripatethicam Sectam Authorem habuisse Platonem Philosophum Atheniensem, quem Cicero ob singularem et admirabilem eius sapientiam nec non dicendi copiam tolies laudat. Sic in Oratione pro Caio Rabirio agit, virum unum totius Graeciae facile doctissimum: et Tusculana prima eum Aristoteli praeponit. lib. 2do de Legibus virum doctissimum, gravissimum, omnium Principem esse dicit. Ad Atticum lib. 7to Epist. 15 Deum Philosophorum nominat. ad Quintum vero Epi. 1ma Principem ingenii et doctrinae.

Quae est differentia inter Pericos et Academi?

Haec quia nominibus solum differunt, rebus autem ipsis et dogmatibus, propterea quod unum eundemque Praeceptorem Platonem mimirum habuerint, nequaquam discrepabant. Constat enim post mortem Platonis discipulos eius in duas Scholas divisos fuisse, quorum alii docebant in Academia, alii transierunt in Liceum et appellabantur hi Peripatetici ἀπὸ τοῦ περίπατεῖν id est ἀδεαμβαλαῖν quod

in Livio

in Licio altero Athenis Gymnasio deambulando de rebus disserebant. Eadem prope verba habet Cicero libro de finibus bonorum et malorum, a Veteribus inquit Peripatethicis Academicisq qui re consentientes nomine differebant cum locum quem Civitem recte appellasse videntur Graece πολιτικὸν graviter et copiose esse tractatum. Ex quibus verbis convenientia et discrimen inter Academicos et Peripatethicos colligitur

Quot erant Athenis Gymnasia extra Urbem?

Primum Academia quae est locus suburbanus et nemorosus Aliud Gymnasium erat celeberrimum quod vocabatur Liceum in quo Aristoteles frequentissimo auditorio Philosophiam profitebatur hinc Cicero testatur qui erant cum Aristotele Peripatethici dicti sunt, quia disputabant deambulantes in Licio Tertium Gymnasium Cinosure dictum, in quo Aristippus Cineraicae Sectae Princeps Philosophiam suam profitebatur.

Quotuplex est Philosophia?

Philosophia dividitur in tres Partes in Moralem quae est de vita et moribus, in Naturalem quae Naturam et res occultas scrutatur, in Rationalem quae disserendi verumq a falso discernendi rationem ac modum tradit. Eandem Philosophiae Divisionem refert Cicero lib. 1mo de Oratore cum inquit Philosophia est in tres Partes est distributa in Naturae obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in Vitam atq mores: Primo Membro Phisicam, altero Logicam, Tertio Ethicam designat. Eandem quoq Philosophiae particione Princeps Stoicorum Zeno (ut testatur Laertius in Vita ipsius) cum suae Sectae Philosophis retinuit, qui totam Philosophiam animali similem esse

dicebat

ōibus ad rectā Logicam Cōmely Ethicam, animal Phisicam conferentes.
Quod vero ista Philosophia Actio capiti hil et Deus ita huic in modum
Poterit potest Philosophia ad humanam felicitatem diuigilus Nam et
Plato ait) nulla hominū Causa est Philosophandi, nisi ut beatus sit Huma-
na autē felicitas teste Aristotele Cap. 7mo et 8vo. lib 1mo. Ethicorum
Partim in actione Virtutis consentanea, partim in contemplatione Veritatis sita est
oportet vero dari aliquid scientiæ quæ horum rationem contineat, et ad hos habitus
nouum probatum conducat, hæc autem moralis est Philosophia. Deinde recepe
est Et detur alia Philosophiæ Pars quæ abditas naturæ misteria scrutetur et
in solius cognitionem Veritatis studium meum bal aliquid est Physica.
Quia veram Scientiarum luminari adgressio aliquis Deus disserendo contal-
quo nive solere mens decepta errore chaucinatur Statuere a proposito est
Saha quardam cum quæ lucem vely aperiat Solatem præcedat ne Veritatis
Vocum falsitas obtineat. quapter ea Dialectica seu Rationalis Philosophia
nuncupatio. Est igitur Statuit Partes Philosophiæ quod Rationis aliquid
Stoicis acceptæ fuerant.
Stoicus ille Dn. Durio Et si suis constet rationibus Peripatheticis tamen non adeo puta-
tur qui Logicam Instrumenta a Partibus Philosophiæ, cum non tam esse Scientiam
aut Artem Philosophiæ Partem quam modum Scindi et instrumentum Philo
sophiæ appellant. Quamobrem Generalem hanc Philosophiæ diuisionem Diui-
dionem Philosophia est duplex Speculativa et Practica. Speculativa Philosophia
quæ Vt sibi subditas docet nos imitando Scire et contemplari, cuius sunt tres Par-
tes. Physica, Mathematica, et Metaphysica, Philosophia vero Practica ea est
quæ vel circa quas versatur nonstrum docet nos Scire ad operandi, cuius Partes
sunt tres Ethica, Oeconomica et Politica.
Notus Philosophiæ Speculativa a Practica præcipue fine distinguit, illius enim
finis Scientia huius vero actio seu operatio.
Notus secundo non sibum Circa hæc et ipse Aristoteles sunt Dialecticam multo
accire ad Rhetoricam. Aristotelis primo Rhetorica ad Theodectem
Theodectem

Rhetorica est ex altera parte respondens Dialecticae. quibus verbis nihil aliud significare voluit Aristo. quam inter Rhetoricam et Dialecticam esse affinitatem maximam adeo et cum eandem utrique facultates habeant atque in ijsdem rebus versentur. Idem Cicero in Particionibus nihil aliud inquit est Eloquentia nisi copiose loquens sapientia, quae ex eodem hausta genere in disputando uberior atque latior est. Idem secundo de finibus bonorum et malorum Zeno inquit Rhetoricam palmae Dialecticam pugno similem esse dicebant, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici vero praessius. Et ad Brutum, scientiam Dialecticorum Rhetoricae vicinam atque finitimam esse pronunciavit.

IN ELEMENTV

V.

In hoc Elemento quatuor sectae Philosophorum recensentur videlicet Secta Academica vetus, Peripathica, Stoica, Academica nova.

Qui fuerunt Authores quatuor harum Sectarum.

Prioris Plato. Peripatethicae Aristoteles. Stoicae Zeno Academicae novae Arcesilaus. omnes autem a Platone profectae sunt.

Qui fuerunt Successores Philosophiae Platonis?

Primus erat Speusippus filius Eurimodontis Atheniensis ex Sorore Platonis, quem ipse Plato Philosophiae suae heredem reliquit profuitque scholae illi annis octo. Post illum successerat Xenocrates Chalcedonius, is fuit Agatenoris filius, a primis fere annis Platonis auditor, eique in Siciliam proficiscenti comes itineris adhesit. Erat

ante

Erat autem adeo hebetis ac tardi ingenii, ut cum illum Plato Aristotele conferret, Alterum freno Alterum calcaribus egere diceret. Is itaq Xenocrates una cum Speusippo authoritatem Platonis fortissime defendebant. post Speusippum suscepit Scholam Cui praefuit Annis 25. Post Xenocratem rursus Polemon Crates, et Crantor in Academia floruerunt, et diligenter ea quae a superioribus asceperant tuebantur. Atq hi omnes veteres Academici vocabantur qui Platonis instituto (Uti hic ipse Cic testatur) Philosophabantur et sermones habere soluti erant.

Alterius Sectae videlicet Peripatethicae quare fuit Author Arles.

Aristoteles Nicomachi filius Patria Stagirites cum legationis munere apud Philippum praeclare functus Athenas reversus esset atq Xenocratem suum discipulum Scholae Platonis praefectum animadvertisset indignitate rei commotus elegit sibi Gymnasium Lyceum appellatum in quo una cum discipulis deambulando Philosophabatur indeq Peripatheticus dictus fuit. Eius verba exstant apud Laertium in vita eiusdem quibus rei indignitatem toties testabatur dicens. Turpe est silere et Xenocratem loqui. Atq in aliis multis quidem Platonis doctrinam secutus est, verum edeas primus labefactavit quas ille mirifice amplexatus erat. Ante vero ferunt dixisse Platonem. Aristoteles in nos recalcitravit non secus atq in matrem muli geniti: Philosophicam in Lyceo 13 annis professus est, postea clam in Chalcidem secessit, illiq veneno hausto sexagesimo tertio aetatis anno mortuus est.

Sunt autem Ideae Platonis exemplaria aeterna, quae Ideae naturaliter

fiunt

fiunt immortales, inuiolabiles, immutabiles, et ut res apertior fiat opus est inter omnes homines intelligere quendam hominem, et praeter omnes equos equum, et praeter animal, animal ingenitum, et quemadmodum ex uno sygillo complures fiunt impressiones, sic ex uno homine sexcenta millia hominum et haec est Platonis Idea a quo Aristoteles dissentiens nullas putat esse Ideas.

Quis fuit Conditor nouae Sectae Academicae?

Zeno. Is naufragio facto ad Philosophiam se contulit atq postea Philosophus factus, suam a se correctam profitebatur Scientiam. quia vero στοα porticum latinis designat, propterea qui in illam Porticum audiendi Zenonis causa confluebant Stoici sunt vocati, cum ab ipso antea Zenones appellantur, atq hinc patet Zenonem Stoicorum Sectae Authorem fuisse. Patrem vero ut refert Laertius Menassum seu Demeu habuit ex Cypro Graeciae insula oriundus, Tantoq in honore apud Athenienses habitus, ut apud eundem claues Urbis deponerent ornaventq ipsum aurea Corona et statua aerea decessit sese strangulans Anno. nonagesimo aetatis.

Nouae Sectae Academicae quis author?

Arcesilaus Priana Eolica urbe ortus, qui relicto natali solo, Athenas se contulit, ubi primo Crantorem, postea Polomonem audiuit: Hic ipse post eximius Philosophus effectus Priamq nouam Academiam inuenit atq orationis illud genus quod Plato tradiderat, per interroga

et

et responsionem ex umbra et pulvere eduxit. Fuisse autem traditur miro ingenio sed nimia in disputando pertinacitate. Hinc Cicero lib. 4to definitus ait cum evertisse omnem Philosophiam, uti Graeci everterant Rempublicam, induxit item Philosophandi quoddam Genus ἀσίστατον id est quod subsistere non potest asserens nihil omni scire posse, quod certe atque repugnantia intelligi non potest. Si enim suamque nihil scire posse, falsum est nihil scire posse cum aliquid suamque. Obiit cum merum immodice hausisset septuagesimo aetatis Anno.

Pro Complemento doctrinae huius Elementi notandum est diligenter ex Diogene Laertio alias quoque Sectas praeter quam in Cicerone sunt recensitae non defuisse, prout ex eius verbis facile quilibet colligere potest: Philosophorum (inquit ille) alii a Civitatibus sunt appellati: ut Elienses Megarenses et Cirenaici: quidam a locis ut Academici, Stoici: Nonnulli ab Eventu, ut Peripathetici, nonnulli ab ignominia ut Cinici, alii ab effectu ut Eudomici, quidam a fastu, ut quise φιλαλιτας hoc est veritatis studiosos vocant. Sunt autem qui a Praeceptoribus sunt dicti, ut Socratici et Epicurei, atque alii quod de natura rerum scripsere Physici, alii qui circa mores se occuparant, et alii caeteri a disserendo, Dialectici dicti sunt ij nimirum qui verborum ac ratione pugnant.

IN ELEMENTUM.

VI.

Hoc Elementum Sextum narrat nobis qui fuerant Praedictarum quatuor Sectarum Successores.

Cuius Sectae primo Cicero recenset Successores Philosophiae?

Veteris Academiae cuius Princeps erat Plato ei successit Speusippus et Xenocrates de quibus in praecedenti Elemento dictum est. Post Xenocratem Polemo praefuit Scholae, is fuit filius Atheniensis Philostrati, tantae imprudentiae et quodam tempore sicut refert Laertius in vita eius ex Composita cum sodalibus ebrius et coronatus venerit in Scholam Praeceptoris sui Xenocratis, quo ille nihil deterius, eam quam ceperat orationem ardentius quoque provexit, erat autem sermo de temperantia. Ex illius oratione imprudens ille adolescens, sensim ita se ipsum collegit, ut industria et studio caeteros vinceret, eique in Schola regenda succederet, obiit iam senio confectus ex Phthisi relictis compluribus ingenii sui monumentis. Quartus fuit Veteris Academiae Sectae Successor Crates, is fuit Atheniensis Anniene Patre ortus auditor Polemonis tanto vero amoris affectu Polemonem amplectebatur, ut non modo similibus quo ad vixerit studiis atque officiis cum eo certaverit verum etiam post mortem eodem in sepulchro requiescere voluit. Post defunctum vero Cratem, quintus fuit Crantor Solensis qui provinciam docendi suscepit, is erat Xenocratis auditor Polemonisque in discendo socius, vexavit Stoicorum indolentiam, quae esse nullo modo potest, nisi plane saxeum hominem esse velimus omnique sensu carentem, obiit aquae interventis morbo. Hos igitur Successores Veterum Academicorum Secta habuit, qui diligenter ea quae a Superioribus acceperant tuebantur. Alterius Sectae Subiect Peripatethicorum Princeps atque author fuit Aristoteles, eius auditor et Successor erat Theophrastus, qui cum iusto temporis intervallo Platonem audivisset

ad Aristotelem se postea contulit, a quo ob Divinam quandam di=
cendi facultatem Theophrastus appellatus est. Successit in regimi
ne Scholae Aristotelis dum in Chalcidem se contulit. Obiit Senex
Anno aetatis suae 16 relictis compluribus libris. Secundus fuit
Successor Peripathetica Sectae Strato filius Arcesilai Lam
psacenus Philosophus Theophrasti familiaris et Successor praece=
ptor Ptolomei Philadelphi vir insignis ac dignus, in omni ge=
nere orationis versatus, atque ob insignem naturalis Philosophiae
cognitionem, Physicus cognominatus, Scholam sub regimen
accepit post mortem Theophrasti, eamque Annis 18 tenuit.
Tertius erat Successor Scholae Aristoteles Lesius qui puerum adhuc agens
Athenis Turiam Coloniam migravit, deinde redigit annos agens 47 mos interq
Principes 10 Graecae oratores refutatus est. Post Lucam demortuum successit
Stristo, Cognomento Scepticus latinis quaesitorem ac Indagatorem signifi
cat, totus enim inquirendo et considerando positus erat his ratione
Cous et Zesonis Stoicorum Principis auditor extitit, apud hunc omnia
indifferentia fuerant ut etiam inter optime valeret et gravissime egrota
ret nisi interesse diceret, quapropter etiam tanquam naturae legum
violator ab omnibus reiectus est. Post Stristotelem fuit Hieronimus ex
Rodo insula oriundus quem tamen Cicero excludit e numero Peripa
teticorum tum etiam Critolaus et Diodorus discipulum eius. Eam
ob causam quod in summo bono definiendo a Peripateticis dissen
serunt, sentiebant enim humanae felicitatem consistere in indolentia,
vel ut Cicero interpretatur vacuitate doloris Critolaus refert
Cicero lib. 2do de Oratore una cum Carneade et Diogene Stoico Ro
nam missae legatum fuisse.
Non defuerunt etiam alii eius ordinis Philosophi ut demetrius
Valerius, Cratippus, Clearchus, A quibus Philosophia ad manus
Alexandri Afrodisei devoluta fuit. quam cum ille longo temporis spa
tio

Spatio reflatur nihil ipsius reservavisset, unde Peripatheticos appellari potest
quidem et Stoicos et Scholas Divus Thomas Magnus Albertus alii pene in
finitis ex Latinis aestuden Scholis nemen sanctis meruerunt qui Peripatheticam
Doctrinam aut scriptis suis illustrarunt, aut contra malevolorum impetus
mordaces defenderunt et asserunt

Tertia Scholae Stoicorum Principes fuere Zeno, is habent Successores Ce
anthes, qui fuit fortis pauperrimus at egestatis sue, et necessarii non egeret se no
dum quidem in potus haurire bat aquas, ni vero die autem operam Studiis literalibus, erat
quidem illi ingenium studiosum, attentum ingenium studium ab tam diligentem cum summa
laudem ingenii, calore studio ac diligentia reservarunt. Quem cum aliquod a Zenone
audiverat certe ab ejus latus noctu haurire solitus cum pecunia carent quibus
paginis emere posset Itaque noctu solitudo clausa Minuit vinus ex multis et Zenonis
Succederet, quamvis plurimos non inferior nobis habent discipulos, tamen cum non pari
ea confusa Natura ingenia Spontanea. cum magnus decessit post Cleanthes sed.
Cleanthes fuit Successor Acanthis Chrisippus qui etiam discipulus fuit illius
Erat autem Apollonii filius duo ingeniosissimus et acutissimus in omni oratione genere
regionis Stoicae medioeris, adeo autem in Dialectica insignis fuit ut Epicurei
Dicerent, si apud Deos versaretur Dialectica, non alteram aliam quam Chrisippum
Volumina septuaginta quinque confecit, unde et labores patientissimi studiosi
Sanctissimi apud plures fuit Scripturi erat annos 73. Olympiade quadra
gesimo octavo. Huic Successerunt Babylonius Diogenes non ille Cynicus sed Stoicus
Philosophus ex Seleucia qui Babylonius ob Nativitatem appellabatur, is erat
Discipulus Antipatri qui una Cum prede de Graecos cum ad Senatum Romanum
legatus missus esset Postea illius auditor fuit qui Panaetius Rhodius qui di
citur et Sapiens et Scriptor Acer de Fini bonorum et malorum. Hic audivit eum
Acero Antipatrum, qui fuerat Tarsi Fuius Stoicus Hujus Catonis Uticensis
et parietis professor et auditor qui Plutarchus in Catone Posidonius etiam
Apamaeus filius, Discipulus Antipatri Diogenis Babylonii familiaris, quod
scripsit Posidonii et Superioris Africani, cuius Doctrinam de naturis de

Stoici Sectae Phus quamuis cum Cleo a Principij
Stoici Sectae degenerasse dixerit. Successerat Eugeni Babilonius Panetii Succes
sor fuit Posidonius Rhodius cognomento quia Rhodi erat ac Philostrates
est, Fuit et Apollonius dictus est Rhodius cum esset Alabandensis Virorum
audiunt Cic, Fecit Romae Marcelli Respublica scripsit q multa.

Quarta Scola Academicorum Arcesilam habuit Praeceptorem. Suum Arcesilaum
qui fuit Potens ad describendas Zenonis Remulos dogma Eugenis P. Arcesilaus
habuit Successorem Laidem Cyrenaeum Vinum eorum Scientatis qui sui insti
tuti sua primus habuerat aemulos Habuit autem Scholas in Academia horto
quem Attalus Rex fecerat curauit Laydenig ab illo appellatus est primus
ab annis Sum ad studiosos, pauperiorem ac egenos sed gratus in Seruo
se Recepit ex Parabili 26 Annis in schola Worcesterlis et

Laides qui fuerat in ordine Secundus a Primige ipsius Scholae auditus Quando Scho
lam tradidit, Hic minus Egesinus Pergamenus cui postea Successit Carneades Suus disci
pulus, et ne quis loco vacuo videret. Fuit autem Epicurej Suus Philosophiae gloriis
qui adeo in Philosophia excellebat, tantum in eo sibi Comparauit, vt oratores qua
in ipsius Scholam ad eum audiendum conuenirent. Habuit vix minus curiosa Habuit
Athenis se magis demouit, octimus et anno Status sui Octuagesimo quarto quo
defuncto defuisse aiunt vt unguibus illi uti non possint, hoc gulli
cheiminum post Athen. tidus cum Diogenis Romae nobilis plurimi, sed eo tempore
plurimum in Asia vacho fuit qui erat Carthaginensis Patria Hannibal
appellatus, cum ejectus Athenis 40 annos agens Carneadem audiuit, a
Lucullus pertus Cilicem Apolloniatem est, ultra 40 Babylonia Stipsicit, Successor
Carneadi, cuius et maxime Dicta illustrauit Citeis, Senatus in tuby audi
re Jubis, Academiam Habuit et Panaetium, et Stoicum Successores Clito ma
chus habuit Philonem Cirenaei praeceptorem, quem magno Ciceronis prius
Academicum quod Nouum appellat, ejectus Philo Romam Solitos Sumpe vel ab eo
qui instituit, vt Philagenda a Philagoras Epicurei ab Epicureo Vel a Patria

Spatio neglectum nitori pristino restituisset, uire Peripatheticas appellari potest quin et Staerages ex Stratilus, Diuus Thoma Magnus Albertus alii prope infiniti ex Latinis eiusdem Sectae nomen facile meruerunt qui Peripatheticam Doctrinam aut Scriptis suis illustrarunt, aut contra maleuolorum impulsus mordicus defenderunt defendunt

Tertiae Sectae Stricorum Princeps fuit Zeno, is habuit Successorem Cleanthem, qui fuit tantis paupertatis atque egestatis ut, ut mercenarium ageret, ac noctu quidem in hortis hauriebat aquas, in ter diu autem operam studiis literalibus, erat quidem illi eximium studium, caeterum ingenium obtusum atque tardissimum, cum tamen tarditatem ingenii, labore studio ac diligentia resarciuit. Fuerunt eum ea quae a Zenone audierat teste atque ossibus bonam inscribere solitum cum pecuniis careret quibus [illegible] Posset Hoc uti solitum clauis obtinuit unus ex multis et Zenoni

ut Tyrenaui a Tyrenta Chrisippi, et alius de causis quas Superius attulimus videlicet in Elemento quinto quas fuerit authoris nostrae Sectae Academicae

Elem. Sequentur.

[illegible]

Ceptor Possidonii et Superioris Africani, cuius doctrinam [illegible]

Apud Scentas ait. Stoicus videm Scholae Phus quamvis cum Cleanthe Principij
Stoicae Scholae degenerasse dicant. Successerat Eugeni Babilonius Panetii Succes
sor fuit Posidonius Rhodius cognomento quia Rhodi erat ac Philostrates
ait, Fuit et Apollonius dictus est Rhodius cum esset Alabandensis Urbis
audiuit Cic, Fecit Romae Marcelli Respondit Scripsitq multa.

Quarta Scholae Academicae habuit Principem Suum Arcesilaum
qui fuit Politanus ad Despicibus Zenonis Aemulus Regis Eugenis P. Arcesilaus
habuit Successorem Laudem Cyrenaeum Vnus eorum Scientiarij qui sui insti
tuti non primus habuerat aemulos Habuit autem Scholas in Academia horto
quem Attalus Rex fieri curauit Laydeuing ab illo appellatus est primus
ab annis Summa studiosus, pauperquidem ac egenus sed gratus in Seruos
ac liberos ex Parasiti 26 Annis in schola consumptis, et reuocatis aye
rat ac nullis quidem in Rebus Rauicbat agens, inter diu autem operam studiis
liberalibus nouabat, erat quidem ille eximium studium, ac ingenium Ac=
tasin atq Fauentissimum, cum fauen Fauentate ingenij, Labore studioso
Diligentia reparauit, quam cum, ea quae a Zenone audierat, stoicis Cap scribus
suum in culture solitus, cum penuria caverit, quibus pupillum emere posset
Hoc Vitio Statuto Laius Reliquit Rans ex multis et Zenonis Succederet quam=
nus plurimos non infimos sed habuit Discipulos, Fauen cum non primus con
Fecisset Volumina in Vita spontanei exemplum decessit, Dux Defendar
Orbis Cleantes Zenonis et Successor Cleantes Chrisippus qui et ipse discipulus
fuit illius, erat autem Apollonij filius Vir ingeniosissimus et antiquissimus
memoriae orationis genere, regis in Philosophus studiosi, Hic autem in Dialectica
magis fuit, ac plerq dicebant, si apud Deos vitus esset Dialectica, non futuram
alteram quam Chrisippiam, Voluminis septingentos quorum extant vitae et lab
ris pleni testimonij et rerum Scientissimus apud plerosq fuit Codicis erat
annos 73 Olympiade quadragesima tertia, huic Successit Babylonius
Diogenes non ille Cynicus, sed Stoicus Philosophus

IN ELEMENTVM VII

Praesens Elementum ex variis locis Ciceronis desumptum declarat nobis quos videlicet Praeceptores Cicero nactus fuerit.

Nos vero antequam Praeceptores illius enumerabuntur, primo de Parentibus et Patria illius quaedam dicemus. Fortur ergo Cicero natus fuisse Patre Marco Tullio Cicerone equite Romano, Arpini; cum autem primum ceperat discere tantum nominis et gloriae eidem ingenium peperit, ut etiam Parentes ad ludum literarium venirent, videre cupientes Ciceronis in discendo celeritatem. Successu deinde temporis animum ad Poesim applicaverat, in qua adeo excelluit, ut non solum orator sed et Poeta Romanorum optimus habitus sit. Verum cum magis accensus esset ad studium eloquentiae omnibus modis contendebat, ut in arte dicendi posset excellere; Unde Quintum Mutium Scaevolam in iure consulebat. Sub idem tempus cum Philo Princeps Academiae cum optimatibus Atheniensium tempore belli Mithridatici domo fugisset, ei se totum dediderat sub eo Philosophiam audiverat. In Eloquentia Praeceptorem habuit Apollonium Molonem Rodium, qui erat. In Dialectica Diodorum Stoicam. Cum igitur pauci in Urbe omni oratores reliqui esset quos sibi audiendos existimaret, ipse ab exercitationibus oratoris nunquam vacuus fuit declamitans cum Marco Pisone, cum Quinto Pompeio, aut cum aliquo alio quotidie, et faciebat hoc tam Graece quam latine sed saepius Graece. Recuperata per Sillam Republica ad causas publice peragendas animum applicaverat, et cum defendisset causam Sexti Rosii in odium Syllae incurrit, quare simulata Valetudinis causa Athenas concessit, ubi cum Antiocho Veteris Academiae nobilissimo et prudentissimo Philosopho sex menses fuit post Xenoclem.

Adramitenum audivit neq Ethicii Rheto quia ornato (vocem
rosert et faceto verborum Genere usus qt) neglexit. Sed cum ab amicis
nunciatum esset ei de morte Syllae eumq crebro per literas evocarent
Antiochusq illum ad capessendum praemium hortaretur, rursus studium
eloquentiae iam neglectum tanquam instrumentum ad negotia philosophiae
peragenda arripuit. Tunc duo Romae excellebant oratores Cotta et
Hortensius, quorum alter remissus et levis, propriis verbis solute et
facile comprehendit sententiam, alterum vero ornatus Celer et verborum
Genere promptior fuerat, quos Cicero imitari et exprimere omni
studio conabatur. De vita vero et rebus gestis Ciceronis consulet Plutar
chus etc

IN ELEMENTVM XIII

Qualis oratio Philosophorum debeat esse praesenti Elemento declaratur, et licetsi
eloquentia a Philosopho non desideretur, non est tamen spernenda si eam adhibuerit.
Cicero in duobus dicendi Generibus primas tenuit, prout oratoris nimirum et Philosophi, qua
re etiam ad utrumq amplectendum Philosophum suum magnopere hortatur

Quale Genus dicendi Philosophorum debet esse.

Genus dicendi Philosophorum tale praescribit Cicero, quod sit aequabile et tem
peratum, ab affectibus, a numeris ab omni fuco alienum. Etenim Ceodem teste ad
Bratum Philosophorum oratio neq nervos neq aculeos oratorios atfirenses agit, lo-
quuntur Philosophi cum doctis quorum sedare malunt animos quam incitare, hi
vero de rebus pacatis et turbulentis, dicendi causa non capiendi loquuntur, et
paulo inferis sic agit, mollis est oratio Philosophorum et umbratilis, nec sententiis
nec verbis instructa popularibus, nec iuncta numeris sed soluta liberaq

nihil iratum habet nihil invidum nihil atrox nihil mirabile nihil assu-
tum, itaq sermo potius quam oratio dicitur. Cicero tamen mutat filium
exemplo suo ad utrumq Genus dicendi studiose tractandum.

Qui excellebant in utroq Genere dicendi?

Ante Ciceronis tempora nemini adhuc contigit ut in utro Genere dicendi pariter
excelleret. In Philosophia quidem Plato primas tenuit, Xenophon Aristoteles Theophra-
stus et alii. in forensi autem illo elaboravit Demosthenes Lysias Isocrates Eschines
aliiq non pauci, qui vero et illud quietum et hoc aequabile Genus sequeretur, et in
utroq aequaliter versatus sit, minime praeter ipsum Ciceronem reperies, nisi forte
velis eidem Demethrium Phalereum adiungere, qui cum subtiliter de rebus dispu-
taret pauorum autem vehemens in orationibus esset, Philosophi magis quam
oratoris partes adimplevisse videtur. Ita proinde in eius laudis societatem
cum Cicerone descendere non potest, quod mutamento magno Ciceronis filio esse
potuit, ut scripta Parentis sui (quem in utroq Genere dicendi multum pro-
fecisse cognovit) dilegenter legere magnamq excis utilitatem tum ad cau-
sas forenses absolvendas, tum ad res difficiles intelligendas referret. Pro
complemento doctrinae istius melius intelligentia notandum est ex 4to lib. Ciceronis
ad Herennium tria dari genera dicendi apud Rhetores.

Primum est grave, quod constat Schematum, aut Verborum gravium accurata
compositione maximeq valet ad movendos perturbandosq auditorum affectus ap-
pellatur etiam asinianum et sublime. Alterum sequitur supra.

Alterum

Alterum humile quod simplici rerum expositione contentum est
vixq. supra quotidianam loquendi consuetudinem assurgit, dicitur etiam
Atticum prossum humile. Tertium mediocre, quod inter gravem et magni
ficam orationem emissum, nec non supra humile non nihil erectum.
Dicitur Rhodium quod Rhodi eo maxime ut maxime assueverunt, item aequa
bile, temperatum, quietum Plaudum atq. istud dicendi genus Philosophis
est usitatum. Exempla gravis Generis dicendi conspiciuntur apud
Ciceronem in plerisq. orationibus ut Verrinis Philipicis, in Catilinam,
in Pisonem pro Milone et aliis. apud Vergilium in libris Aneidon,
apud Tragediarum vero Scriptores penitus omnes, item apud Livium
et Pacuvium Exempla inveniuntur. Posterioris vero illius Generis
Epla videbit licet in Epistolis Cnis. quae familiares dicuntur, et in
libris de arte dicendi et in Bucolicis Vergilianis. Ultima deinceps
Epla haberis apud Cic. in libri officiorum, questionum Academica
rum, Thusculanarum de Natura Deorum item quaedam Orationes
in hoc Genere sunt conscriptae ut pro Archia pro Marco Marcello
pro Lege Manilia et a Salustio descriptum bellum Catilinarium tum
Jugurthinum

IN ELEMENTVM.

IX

Quem dicendi Haraeterem in libris suis retinuerit Cic. de Philosophia
~~superius~~ Elementum docuit. Praesenti Elemento declaratur quibus
Dialogorum Generibus eandem in suis libris usum esse constat. Ut do
ctrina istius Elementi clarius nobis pateat eandem ad definitione primo
numerum sciendi instrumento non incommode exordiemur, ad fertur
ergo definitio talis Dialogus est sermo inter Personas vel praesentes
vel absentes habitus de rebus iucundis aut seriis institutus

cum

cum decenti atq congrua Verborum Personarumq observatione.
Est autem triplex Dialogorum Genus Drammaticon quando Personae inter se quasi colloquuntur praesentes, ut tanquam a Praesentibus sermo eorum haberi videatur, in quo Genere bis. conscripsit libros de amicitia de Senectute, Tusculanas questiones, Platon itidem Cratilum Sophistam et alios Dialogos. Alterum Genus est Dialogorum Diigi=
maticon id est enarrativum, in quo absentes Personae introducuntur, eorumq verba de rebus suis dignis proferuntur, atq in hoc colloquiorum Genere conscriptae sunt Academicae quaestiones a Cicerone libri de Natura Deorum, a Platone etiam lib. de Rep. 10. a Plutarcho itidem questiones conviviales et alia apud alios atq his duobus Dialogorum Generibus Cicerone in sua Philosophia usum esse constat
Nota discrimen esse inter illud prius et istud posterius Dialogorum Genus, quia in illo Genere particulae inquam et inquit raro aut nunquam interponuntur in hoc vero saepius prout ex locis ipsius Ciceronis etiam ante citatis animadvertere poteris
Tertium Dialogorum Genus est mediam inter illa duo retinens naturam quod appellatur κοινον vel μικρον id est commune vel mixtum in quo partim praesentium partim absentium Personarum sermo refertur. Illaeq particulae inquam et inquit, vel cum est sermo inter praesentes obtulerunt, vel cum absentes tria colloquuntur interponi frequenter solent et medio hoc colloquiorum Genere usus est Plato in Protagora et Tymeo.
Nota Quod Cicero dicit in hoc Elemento et in alio rebus, sic in Dialogis observandum esse πρεπον quod latini vocant Decorum. Indecorum enim esset Sulpicium vel Cottam adolescentulum de Senectute disputare praesente et tacente Cato Senio confecto. Proinde Cicero Catonem Senem introducit loquentem de commodis et incommodis

Senectutis

Senectutis Cacae Lelii Summa Scipionis amicum de amicitia

IN ELEMENTVM.

X.

Tres Philosophiae Partes ex Academicorum Veterum doctrina profectas Rationalem nimirum Moralem et Naturalem Oratori futuro necessarias esse in Praesenti Elemento deducit. Nam cum officium oratoris sit de quaeque re proposita verba facere omnem et aiunt lapidem movere debet, ut omni laude cumulatus esse velit omnium etiam cognitionem ex qua redundet atque reflorescat oratio comparare possit. Quod dum in praedictis Philosophiae Partibus antea utro itinere praeiudicium suum accipere artes debebit. Atque eo sensu omnes Philosophiae partes oratori futuri necessariae probantur. Ratio sumpta a rationali exordio, rationalis Philosophia summit a Chrisippo qui adeo insignis in arte dicendi tantae existimationis fuit, tantaque ut plerique dicerent, si apud Deos usus esset Dialecticam non aliam futuram quam Chrisippi. Neque tamen propterea eloquentiae studiosum ad Chrisippi Dialecticam Cicero obligat liberam enim quisque habet facultatem quaslibet eius artes audire magistros atque praeceptores modo eo instituto, tanquam ad Cyreneos Scopulos non ansenescat, sed satis habeat verborum vim naturam et genera nosse quae in antepraedicabilibus atque praedicamentis Dialectici tractant, simplices item et copulatas voces de quibus in antepraedicamentis et in propositionibus tractio habetur, quod praeterea modis aliquibus dici possit, qua ratione verum a falso discernatur, quae se mutuo consequantur quae sibi contraria sint quomodo ambigua distingui debent, quae omnia cum

apud

apud Dialecticos paulo squalidiora sint in eam curam incumbere debet ut nitore elegantiaq oratoris illa expoliat. Quare instrumenta sciendi sunt oratori necessaria, cum tua sint in quibus studiose versatur Dialecticus, definitio Divisio et argumentatio declarat Cicero. Utraq illa sciendi instrumenta definitionem et divisionem oratori futuro esse per necessaria argumentatione, interim sola intermissa ut ideo manifestum sit usum dialecticae utilem esse studioso eloquentiae definitionem ideo esse necessariam oratori censet, quia inter disceptantes ~~de~~ aliquare nullo modo conveniet nisi illa ipsa res de qua ambigitur definiendo explicetur. Est enim inquit ille Definitio, oratio quae quid sit de quo ambigitur ostendit quam brevissime, divisionem autem necessariam esse orator ostendit ideo, nam saepius genus seu universum quid in forma seu partes suas distribuendum venit sicut ipse Cicero in oratione pro lege Manilia, Munus Imperatoris ex quatuor Partibus constare poterit videlicet scientia rei militaris dexteritate authoritate et felicitate, huic tamen officio non poterit orator satis facere, nisi praeceptis divisionis in Dialectica explicatis probe instructus fuerit.

Quem modum conficiendae definitionis et Divisionis praescribit Cicero oratori

Modum conficiendae definitionis oratori praescribit eiusmodi ut subiet more Philosophorum rem studiose atq anguste non definiat, sed copiose splendide.

splendide ita eam explanet ut ad communem iudicium popularemque intelli=
gentiam sit accommodata. Divisionis etiam tractandae talem modum praesulit
cuius in eo sola vis atque natura sita est, ut genus universum in suas
species ita dividatur, ut in hac divisione nihil superfluum nihil de
ficiens videatur.

Dotis Ciceronis nullam eo loci argumentandi mentionem facere, ideo
quoniam superius inde hoc Elementum desumptum est, viro eloquenti
demonstravit argumentationem esse summe utilem atque necessariam, quod
inde constat quia Orator omnia sua argumentorum genera in certa
figura certoque modo tractare debet de quibus cum in arte disserendi
agatur diligentissime, inde suae facultatis praesidium accipere potest.

Quare Ethica futuro Oratori necessaria est?

Ethicam sive Moralis Philosophiam pariter utilem esse probat Cicero,
quia loci communes de vita et moribus toti sunt cognoscendi viro elo=
quenti ut in promptu semper habeantur, et de re sibi proposita cum di=
gnitate posset dicere: quos locos cum sola Moralis Philosophia gremio
suo complectatur, perfectaeque cognitio ad dicendi facultatem apprime
conducit. Ut perspicua sit ista oratio profert Cicero in medium locos 10
communes Primus et de Regibus, Secundus de Morte, Tertius de Pieta=
te quartus de Charitate Patriae quintus de bonis vel aut malis Sex=
tus de Virtutibus aut vitiis Septimus de Officio. Octavius de Dolore; nonus
de Voluptate, Decimus de Perturbationibus animi et eorum. his adiunge
locum de Deo, de Homine, de Ratione, de administratione familiae,
de Coniugio, de Politica de Magistratu, de Legibus de Bello de
Pace, de Forma, de Valetudine, de Fortuna de Honoribus, de Poe=
na de Praemio, aliosque innumerabiles sine quibus locis nihil amplum
nihilque copiosum ab oratore dici potest. Monet autem Cicero, hanc
sanam doctrinam de natura orationes non vero de Elocutione praecede=
re oportet enim ut primo orator rerum variarum scientia instructus

sit

dignumq aliquid auctoris auditoris inueniat postea de modo elocutionis cogitet. Naturalem etiam Philosophiam necessariam esse futuro oratori ostendit, quia ut gravior et excellentior sit orator, omnino in naturae perscrutatione versatus esse debet. Nam et Pericles non adeo ut admirabilis esse videbatur, nisi quod Anaxagoras Philosophi discipulus fuerit. Et fit autem excellentior oratio, cum ad diuina et caelestia progreditur, quarum rerum considerationem naturalis Philosophia continet, Mathematica quoque futuro oratori est perdiscenda, non potest enim contra Imperatorem aut pro Imperatore dici sine rei militaris usu et sine Regionum terrestrium ac maritimarum scientia.

IN ELEMENTV XI.

Hoc Elemento ostendit Cicero inprimis omnes Philosophiae Partes Moralem scilicet Naturalem et Rationalem Iurisconsulto esse pernecessariam secundo de Legibus nonnulla.

Et primo quidem illam priorem de vita et moribus ideo utilem esse probat, quia continet in se praecepta virtutum et vitiorum, sine quorum exacta cognitione non potent iurisconsultus praecipere honesta et prohibere contraria, quae sunt duo summa officia legum. Hoc itaque ut tanto fautius praestet, opus est ut ex Morali Philosophia eadem virtutum et officiorum praecepta desumat quibus

homines ita conformet atq disponat, ut faciant hone-
sta et fugiant contraria? Ad optima quaeque enim homines
laude incitantur, a pravis autem vel vituperio deterrentur.

Quae est Definitio Legis?

Hanc Cicero hic definit ex sententia aliorum lib. 1mo de Legibus, lex
est ratio summa insita a natura quae iubet ea facere quae facienda sunt
eadem ratio cum est in hominis mente confirmata et confecta lex est. Itaq
arbitratur prudentiae eam legem esse cuius res ea sit ut recta iubeat
vetet delinquere. Aristoteles vero legem esse λόγον id est a ratione
et prudentia et a mente profectam dicta est a legendo quod ex multis quae
fieri possunt consultatione et consensione aliqua lecta sit, a Grotio nun-
cupata νομος, vel ἀποτὸ νομιν vel etiam a νοος et νοῦς dicitur
quatenus a Divina mente prodiens per humanam mentem in Urbes
manat et congruenter mens Urbium appellatur.

Quot sunt Fines Legum?

Duos hic instituit his verbis Bonis conferre praemia malos affi-
cere poenis

Quae sunt commoda Sapientiae et Philosophiae?

Laudes atq commoda maxima sunt Sapientiae ex quibus fructus ille
omnium maximus esse videtur quod doceat hominem rem omnium
difficillimam nimirum sui ipsius cognitionem quod praeceptum ex tri-
pode ipsius Apollinis producisse creditum est. Cum enim Crosus
quaesivisset ex Apolline quid faciendo felicitatem consequi pos-
set responsum sibi ab eo tale datum est si seipsum cogno-
scerit. Quantum autem ad laudes Philosophiae attinet non dissimiles

esse

videtur apud eundem lib. 5to Tusculanarum quaestionum. Quibus enim illi Philosophia est inter omnium artium Donum Deorum.

Quae adhuc necessaria sunt Jurisconsulto?

Quoniam Jurisconsultus in cuiusvis hominum societate constitutus debet oratione sua diserta regere populos stabilire leges, castigare improbos laudare bene meritos et commodius id faciat opus insuper habet ex sententia Ciceronis oratoria facultate quae praecepta ollorum omnium ei suppeditet.

IN ELEMENTVM XII.

Ultimum Elementum ex lib. 1mo de oratore desumptum prudentiam administrandae Reipublicae ex studio Philosophiae pendendam esse censet.

Quae est Definitio Prudentiae?

Ab Aristotele lib. 6to Ethicorum Capite 5to talis definitio ordinatur Prudentia est habitus cum vera ratione activus circa ea quae honesta et bona sunt. Cicero vero lib. de Officiis nostrae prudentiae complectitur omnes habitus intellectuales, videlicet Prudentia Sapientia Scientiam intelligentiae et artem. In lib. autem 1mo de inventione tres prudentiae partes enumerat, memoriam per quam repetit animus illa quae fuerunt intelligentiam quam perspiciuntur ea quae sunt providentiam per quam futurum aliquid videtur antequam factum sit. Quae quidem Partes ita ad invicem discernuntur, ut illa prior sit Praeteritorum Posterior Praesentium et Postremae futurorum.

Communiter autem ab Aristotele et aliis viris doctissimis Prudentia sic definitur: Prudentia est vel unius particularis hominis erga se ipsum

Vel

vel tum uniuoce vel absolute prudentia dicitur, per quam homo ea recte
disponit, quae ad sui utilitatem congruentemque institutionem pertinent, cui aduer
satur in prudentia quae est suimet et suorum bonorum negligentia, vel etiam talis
definitio prudentiae adfeci potest. Late sumpta prudentia respicit alios et
quae respicere potest cum familiam, tum patriam, tum universam ciuitatem
dividitur vero ... domesticam et ciuilem. Quae prudentia ciuilis adhuc est duplex
vel ea est prudentia Nomothetica hoc est referendarum legum quae est Domina
Princeps et Regina cuius munus est condere leges, magistratus constituere
dominari imperare poenas et praemia decernere.
poenas et praemia decernere: Vel quae proxime in singulis hominum actionibus
versatur et quasi manibus negotia ad stetipsum pertinentia contrectat, et haec cum uniuo
cetum absolute nuncupatur ciuilis. ~~Poenas et praemia decernere~~.
Demum haec prudentia in singulorum actionibus occupata est duplex, vel enim
est consultrix vel iudicans. Consultrix in consultatione et deliberatione versatur
cui omne actionum genus ciuilium et materia subiicitur. Iudicans in iudicio feren
do ponitur, cuius enim concernit officium censere et iudicare quae actiones sint consenta-
neae legibus, quibus praemiis vel poenis dignae, atque eorum omnium doctrinam non in
Rhetorum libris, sed in scholis Philosophorum comparare poteris. Hic enim religio
docetur deorum, hic instituendae iuuentutis praeceptum, hic iustitiae officia assignatae
hic patientiae temperantiae, aliarumque virtutum sine quibus ciuilis humana
societas felix ac beata esse nequit praecepta traduntur. Quod cum ita sit
iure merito dum extrema Elementis imponimus manum cum Cicero optimo illo
Ciue Patriae exclamabimus. O vitae Philosophia dux, o virtutum indagatrix
exculturque vitiorum, quid non modo nos sed omnino vita hominum esse potu
isset sine, tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem conuocas
tu inuentrix legum, tu magistra disciplinae fuisti ad te omnes confugimus
a te opem petimus et penitus nos tibi totos tradimus. Finis.



In capite Orphani
discit Bicurgus

IN M. T. C. ACADEMICARVM QVÆSTIONV̄

LIB. I.

PRÆFATIO

Postquam ultimam manum imposuimus Elementi et ordinationi studiorum scholae satis fiat liber Primus Marci Tulii Ciceronis Academicarum questionum nobis explanandus superest. Repterea vero eundem explanandum assumimus, quia in se elementa Philosophiae continet. Verum et eo facilius materia istius libri quid videlicet in se contineat et quid in eo agitur percipiatur, operae pretium duximus quaedam loco Prologumenorum praemittere sit itaq.

Prologumenon Primus.

Qui fuerant Academici.

Academicos Philosophos illos fuisse constat qui in Academia veteri Philosophati sunt: Academia vero ut in explicatione Elementi quarti dictum est, erat locus Athenis subiurbanus et Nemorosus ab Hecademo Heroe sic appellatus, Qui iunq. igitur post Platonem Platonis Academiam secuti sunt a loci vocabulo nomen habuerunt.

Prolegumenon Secundum.

In illo ostenditur qui fuerant Academici Veteres qui item Novi.

Non multis certe laborandum venit ut declaremus qui fuerint Academici Veteres qui item Novi, quando quidem sufficienter id satis declaravimus in explicatione Elementi quinti dum Aetiae Sectas Philosophorum recensuimus, veterem Academicam, Peripateticam, Stoicam et Academicam Novam simulq. diximus quos Authores et Principes quaelibet illarum, cum successores habuerint

sed ut Prolegumeno satis fiat dicimus quia Veteres erant Academici a Platone usq ad Arcesilam, qui excepto Platone in Philosophia tanquam in Regno Principis aliquis certas leges et certa dogmata instituerunt, quibus eorum auditores Sectatores q necessario parerent. Novi autem ab Arcesila usq ad aetatem Ciceronis viguerunt, qui sectas illas veluti iuga servitutis asperrati libertatis scholam tenuerunt in qua liberum esset de omnibus rebus nulla habita cuiuspiam authoritatis ratione verba facere et iudicare.

Prolegumenon Tertium

Quo maiuo Cicero motus Disputationes Academicas scripsit.

Scimus Vetus illud Proverbium esse Veritatis semper comes est invidia: Cicero itaq cum omnium Scientiarum notitiam perfectam habere vellet et scire quid contineatur in qualibet Secta, quis modus et quae Praecepta docendi essent, tantam invidiam et persecutionem hominum agnovit, ut alii eundem levissimum transfugam nec in parte constanter perseverantem, alii modo Epicureum modo Stoicum, modo Peripateticum modo ab illis ipsis alienum dicerent, Illorum itaq hac persecutione motus, ut institutionis suae pulcherrimam declararet modum, Academicam Novam Causam duobus libris egit qui inscripsitur Catullus et Lucullus, quibus aliqua ex parte immutatis ac retractatis idem argumentum quatuor libris Academicis persecutus est.

Prolegumenon Quartum

Argumentum fragmenti ex libro Primi Academico residui declaratur.

In hoc fragmento Captatur imprimis occasio sermonis, deinde ubi ad colloquendum et mutuas confabulationes ventum est, quae statim disputatur

an Latine Philosophari oportet, ad extremum Veteris Academiae explicatae et eius tum a Peripatetici tum a Stoicis facta correctio proponitur

IN EVNDEM LIBRVM ACADEMICARVM QVESTIONVM NOTA.

In Cumano nuper. Ite occasio Dialogi sequentis captatur partim ex Varronis adventu in suam villam partim ex profectu Ciceronis et Attici ad Varronem partim ex festinatione Varronis ad utrumque venientis mutuoque et pleno amoris affectu complexum tum loco ipso ad Philosophandum aptissimo.

Textus. Atticus noster hoc vocabulum noster vinculum magnum fuisse vinculum amicitiae inter Atticum et Ciceronem hoc et Cornelius Nepos in Attici vita ad Atticum scriptae facile demonstrant.

Marco Varrone Quantus fuerit vir Marcus Varro quantaeque eruditionis declarat Divi Augustini et Lactantii magnorum pariter vnorum auctoritas et divus quidem Augustinus libro 6 capite 2. de Civitate Dei scribit quis de Dyspentium. Marco Varrone curiosius quaesivit quis quaesivit doctius quis consideravit attentius quis diligentius plenius vel scripsit et paulo post quia tam multa legit ut aliquid ei scribere vacasse miremur tam multa scripsit quanta vix quenquam legisse potuisse credamus Lactantius vero libro 6 capite 6

de eodem sic agit Marcus Varro quo nemo unquam doctior neapud Graecos quidem neapud Latinos quidem ~~hic~~

Hic pauca quidem tres doctissimi viri ex summa necessitudine conuincti ad colloquendum sunt parati et primus quidem ingressus fit ad sermonem et percunctatione usitata plerumque enim ex urbe aliqua venientis celebri solemnis interrogare quid nouis.

Atticus omitte ista superiorem atq primam Ciceronis interrogationem impedit quodammodo Atticus quominus ad eam Varro respondeat, gratiorem tamen facit sua arrectione omitte inquit Varronem, de turbulentis rebus et molestiarum plenis percontari sed id potius ex eo quere quid ipse agat noui? De cuius quidem scriptis iam nihil accepimus pridem quem tamen non cessare sed celare quae scribat existimo. Atq hic capitatur prima occasio colloquendi de literarum studiis.

Minime vero inquit ille Varro dupliciter respondet Attico hoc loco, et quod vanum atq ineptum sit nolle laborum suorum partem in lucem aspectumq proferre, et quod magnum opus libros nempe de lingua latina diligenter et accurate expolat.

Iam pridem ad hunc Non frustra librum suum de lingua latina ad Ciceronem instituisse dicit, biennio enim ante denunciauerat Varro Ciceroni de lingua latina librorum nuncupationem, quod ex libro 13 ad Atticum Epi 12 suspicari licet.

Et ego ista quidem hoc loco fatetur Cicero se audiuisse ex literis opus illud Limari in dies politius, ideoq se non fuisse ausum illum flagitare; sed tamen cum Lardius mitteretur desiderio flagrans, illud ab eo requirere minime dubitauit.

Sed nunc postea quam altera questio nectitur a Cicerone postquam soluta prior fuit ab Attico proposita Varroni: an scilicet Latine Philosophandum sit? Atq haec questio in utramq agitatur partem a Varrone et Cicerone, et quidem Varro negantem sustinet atq tuetur non esse scilicet Philosophiam latinis literis committendam

Cu

Cuero autem affirmantem defendit

Res eas quas tecum. Intelligit in his verbis vos Philosophicas.

Philosophiam veterum. Moralem intelligit hanc enim solam e Coelo Socrates evocasse dicitur.

Rem a me saepe deliberatam. Varro hoc loco negantem questionis partem tuetur Scilicet non esse Philosophiam latinis literis mandandam, atque utitur hoc argumento primo ex Adiunctis Philosophantium simplo. Ea latinis literis mandanda non sunt quae nec indocti intelligunt nec docti legere curant.

Sed latinam Philosophiam indocti propter Graecarum literarum ignorationem non intelligunt et Docti Graecam quam latinam intelligere malunt

ergo Philosophia latinis literis non est explicanda.

Vides autem. Illud Argumentum statim illustrat Altercus collatione Epicureorum cum reliquis Philosophis non modo propterea et illorum indicet inter se dissimilitudinem, verum etiam et oculis exponat quanta sit difficultas serio et constanter Philosophandi. Est enim prima inter Epicureos et reliquos Philosophos dissimilitudo ex Dialecticis studiis quae Epicurei negligunt reliqui autem Philosophi in omni sua disputatione diligenter observant.

Ama palii Epicurei isti fuerant qui doctrinam Principis sui scuti totam Dialecticae conscripserunt

Dos autem. Iterum concludit Varro latine sibi Philosophandum non esse quendoquidem nec doctis, nec indoctis suam doctrinam profuturam videt, si Dialecticas definiendi, dividendi concludendique utilitates pro consuetudine Academicorum accurate persequatur.

Jam vero Physica. Hic iam Varro alteram adfert dissimilitudinem inter Epicureos et alios Philosophos ex Diversa de rerum naturalium opinione, ita enim argumentum ponit.

Si inquit in altera Philosophiae parte quae est de natura et vulgo occultis Epicureus esse velim imperitis quidem satis facerem at doctis ~~indoctis~~ ineptus ac ridiculus apparerem.

Sed non est satis faciendum imperitis quod risu excipiant

Ergo non quod mihi Philosophia pro consuetudine Epicureorum scribenda

Si Epicurum id est si Demetrium probarem. Non est mirum quod Cicero hoc loco Epicuri placita pro Democriti placitis summat, nam quia Epicurus in Phisicis. (ut Cic. lib. 1mo de natura Deorum ait) ex Democriti fontibus hortulos suos irrigavit ideo etiam Epicuri de rebus naturalibus sententia plane ad scribitur Democrito. Imo etiam Laertius ipse author Epicurum Democriti libros de Atomis et suos asseruisset, cuius ineptias videtur Cicero lib. 1mo de Finibus lege.

Nostra tu Phisica nosti. Postquam ostendit stultam de rerum naturalium Principiis Epicureorum ~~[illegible]~~ opinionem nunc quid Academici senserint de Principiis rerum Phisicarum induat. Est autem verborum horum sensus is nostri inquit Academici quos magistros meos sequor principia rerum naturalium non atomos et Epicurici, sed causam efficientem scilicet naturam et materiam, ex qua res materiales natura statuit nequicquam temerarii ac fortuitis causis effecissent, sed necessarii et naturalibus et ad finem destinatis concludit ad extremum sic, Cum igitur Epicureorum doctrinam totam puerilem esse manifestum sit Academicam vero scientiam multo subtiliorem et ab imperitorum animis longius disiunctam non mihi quisquam amplius persuadeat ut Philosophiam naturalem civibus meis latine explicem.

Quoniam quibusdam summitur causa dissimilitudo inter Epicureos et reliquos Philosophos ex tertia parte Philosophiae quae de vita et moribus rebusque expetendis et fugiendis tractat. Dum Epicurei de summo bono disputantes a reliquis philosophis cuiusque discesserunt, definiebant enim summum bonum voluptate ea quae maxime sensum dubitatione moveret

qui ut Cic. lib. 2do de finibus ait, non videbant ut ad cursum
equum vel ad arandum bonum ad indagandum canem, sic hominem
ut ait Aristoteles ad intelligendum et agendum esse natum quasi
mortalium Deum contra ut bardam aliquam et languidam pecudem
ad pastum et procreandi voluptatem hoc Divinum animal factum
esse voluerunt, quo nihil absurdius dicere potuerunt.

Sive enim Zenonem Zeno Stoicorum Princeps summam in summa
in sola virtute collocari docuit, et nihil bonum esse nisi quod
honestum esset probavit. Sed quemadmodum scilicet et contemnendum
est Epicuri sententia, ita Zenonis abstrusa admirabilis et intellectu
difficilis. Neque enim si quidem est hominibus probare id solum esse bonum
quod honestum sit nec quicquam aliud in bonis ponendum; idque optimum
et perfectissimum censeri oportere quod huiusmodi sit de tractatis
voluptatibus profetetur Epicurus se nescire.

Sive vero Academiae Neque Epicureorum disciplinam vulgarem probat
Varro, neque Stoicorum admirabilia paradoxa acceptat ut pote is qui
Academicos magis tollerabiles moderatosque Philosophos fuerit secutus.
Atque concludit si inquit disputationes de moribus atque summa, bono
ex sub utilitate qua amicum detet persequi velim certe eas nec
impediti perciperent nec instructi gratiis literis latinae ipsas legere
curaverunt, ita ut iste labor latine scribendi Philosophiae frustra
mihi suscipiendus esset.

Totum igitur Philosophiae studium a questionem illam an literis latinis
Philosophia sit mandanda per distinctionem dividit et quid de ea sentiat
aperit. Philosophiam nimirum propter multas causas expetendam ostendens
eiusque studium ardenter amplectendum. Sive ideo quod virtutes doceat et
assequendarum earum rerum rationem tradat. Sive quod mirifice
mentes humanas delectet. Sive quod excellentissimam sit a Deis immortalibus

Ab

hominum generi collatum bonum ut Plato in Epaminonda scribit
non tamen admittit idem Varro Philosophiae studiosis latinos consectari
rivulos quidam ex immensa graecorum copia et sublimitate derivantur,
sed potius graecos ei fontes aliundos ex quibus omnem sapientiam liberalem
doctrinam et eruditionem manasse perspicuum est.

Quae autem nemo adhuc. Postquam declaravit Varro se non temere
id facere quod latine Philosophiam scribere nollet nunc postea de
monstrat cur alio scribendi genere occupetur. rationem vero sumptam
ab utili talem adducit illa mihi potius scribenda sunt quae adhuc nemo
scripsit et quae ex nullo alio authore peti possunt, sed antiquitatem
Romanam nemo scripsit ergo haec mihi latine scripta cuius assum
ptionem argumenti non ponit quidem Varro expresse sed ex verbis se
quentibus facile intelligitur constat enim Varronis studium fuisse omnem
antiquitatem populi Romani sepultam excitare ac in lucem literas
educere cuius instituti ratio quaedam a Lucio Laelio Varronis praecepto
re fuerat inchoata.

Et tamen in illis In hoc textu facit mentionem aliorum librorum
a se scriptorum in quibus satiras omnes generis oratione prosecutus est.
Menippae imitatus atque istae satirae ab aliis ut ait Gellius Cynici ab
ipso authore Menippaeae appellantur.

Tum ego Cum Varro universam Philosophiam collaudasset, eam tamen la-
tinis verbis non esse explicandam prolasset ad eam nunc refellendam Lu
Socratis consuetudinem secutus ingreditur, nam primum hic eius industriam
commendat, quod et in rebus et in literis et in latinis verbis conandis desuda
uerit Deinde cum sit praeclarum facilem sibi aditum acquirendarum eod eum fecit
paulatim ad refellendum Varronis consilium eiusque rationem absolutionem
accedit

Causam autem probabilem Prudentem Cic. in laude Varronis primum petit
nempe ejus scripta, deinde eam posthinc refutat et damnat per dilemma. Hoc est
argumentum rationum, propter quas eruditi superiore Varronis delenda, hoc ipsum vetat
quod meum dicit quod sunt propositum. Ita enim Varro argumentatus est, si mihi Lati-
ne jam scribenda sit, non etiam propter indoctos aut propter indoctos, sin propter
doctos quia eam intelligerent, non etiam propter indoctos, quia sine Graecis Latinis ho-
